

- obliviscitur, tanto plus a Deo derelinquitur. In *Collat., de Contemptu saeculi.*
- CASSIODORUS. 43. Tantum unusquisque a divinitate repellitur, quantum ejus peccata cumulantur. *Prosec.*
44. Quantitas enim delicti, mensura repudiij est; dum tantum a Deo reus longior redditur, quantum numero crimine dilatur. Super *Psalin.* v, vers. 15.
45. Sicut beati redduntur, ad quos propitius respicit Deus; ita infelices sunt, a quibus avertitur. *Sup. Psalm.* x.
46. Ille auctor justitiae non potest illos derelinquere, qui ejus eligunt procepta complere. *Sup. Psalm.* xxxvi, vers. 29: *Non derelinquet sanctos suos.*
47. Necessè est homini dolor et tribulatio subsequatur, qui auctorem salutis reliquisse noscitur. *Sup. Psalm.* cvi, vers. 39.
48. Famulos suos virtus divina non deserit. *Sup. Psalm.* cxviii, vers. *Memor fui, etc.*
49. Dominus derelinquet illos, qui spem suam aut in propriis viribus, aut in aliquis hominis presumptione posuerunt. Super *Psalin.* xxxiii, vers ult.
- S. CYRILLUS HEROSOL. 50. Ab anima peccatrice Deus majori spatio elongatur, quam id quo coelum a terra distat, et oriens ab occasu. *Epist. ad Augustin. de mirraculis D. Hieronymi.*
- DIDYMUS ALEX. 51. Quisquis extra rectam fidem conversationemque mandatorum Jesu fuerit, sine Deo est. *Sup. Ep. II Joann.*, cap. 1.
- S. EPIPHAN. 52. Initium desertionis hominis, est recessus ab humilitate; qui autem a Deo deseritur, ab improbo spiritu profocabitur. *De Recta vivendi ratione*, cap. 4.
- S. EUSEBIUS EISS. 53. Nemo aestimet se a Deo deseri, cum traditur tentationi. *Hom. in Litanis.*
- S. FULGENT. 54. Juste deseritur a Deo, qui deserit Deum; et quia homo deserens Deum, peccat; deserens peccatorem Deus, justitiam servat. *Libr. 1, ad Monimum*, cap. 13.
- GLOSS. INT. 55. Magnum est malum, a luce veritatis deseri. *Sup. Psalm.* ix.
56. Quem vident homines calamitibus fatigatum, putant a Deo desertum. *Sup. Psalm.* lxx, in illud: *Deus dereliquit eum.*
- GLOSS. ORD. 57. Nulla major dementia, quam Deum vivum deserre, et mortuis deservire. *Sup. Sapient.*, cap. 14.
- S. GREG. MAG. 58. Cum ab auctore relinquitur, nec ipsa ultimitas desolationis nostrae damna sentimus. *Prosec.*
59. Quo enim longe nos Conditor deserit, eo mens nostra insensibilis obdurescit, nulla quae Dei sunt, diligit, nequaquam superna concupiscit,

quantum lugenda sit, nescit. *Lib. 9. Moral.*, cap. 42, sup. illud *Job*, 10: *Reversusque mirabiliter me crucias.*

60. Quem Deus liberare noluisset, deserendo percussit. *Ibid.*, lib. 25, cap. 12, sup. illud *Job*. 34: *Novit enim opera eorum.*

61. Nunquam Deus mentem deserit, quae in peccatis se veraciter agnoscit. *Ibid.*, lib. 22, cap. 3.

62. Accessus recessusque Dei a mente nostra minime cognoscitur, quousque rerum alternantium finis ignoratur; quia et de tentatione incertum est, utrum probet, aut trucidet. *Prosec.*

63. Et de donis nequaquamprehenditur, utrum hic desertos remunerent; an in via nutriant, ut ad patriam perducant. *Ibid.*, lib. 9, cap. 7.

64. Qui judicante Deo in malitia sua caecitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur, ne cavendi locum inveniat, quem invenire minime meretur. *Ibid.*, lib. 11, cap. 5.

65. Nihil sumus si a Conditoris nostri protectione deseramus; quae nimirum profecto minus necessaria creditur, si semper habeatur, sed utiliter plerumque subtrahitur, ut sibiipsum homo, quam sine illa nihil sit, ostendatur. *Prosc.*

66. Manus Dei aliquando nobis per adversa insinuat, quae etiam nescientes nos in prosperis portat. *Ibid.*, lib. 23, cap. 19.

67. Unumquemque electum suum divina gratia tunc magis erudiendo custodit, cum quasi percussus deserit. *Ibid.*

68. Sicut nemo obsistit largitati Dei vocantis, ita nullus obviat justitiae relinquentis. *Prosc.*

69. Includere Dei est clausis non aperire; recludit itaque hominem Deus, quem in suorum operum tenebris relinquit. *Ibid.*, lib. 11, cap. 5.

70. Tententem ad justitiam nequaquam in tentatione Conditor deserit; quia per infusionem gratiae etiam operantem prevenit. *Ibid.*, lib. 9, cap. 29.

71. Quis valet Deo recedente requiescere, cum solus ipse sit requies, a quo quisque quanto longe fuerit, fit tanto inquietus? *Ibid.*, lib. 13, cap. 3.

72. Si quosdam Deus peccantes deserit, eisdem tamen ipsis adest per iudicium, quibus desesse cernitur per adiumentum. *Ibid.*, lib. 16, cap. 3, sup. illud *Job* 22: *An cogitas, quia Deus excelsior est?*

73. Fortem me inter virtutes credidi, sed quanta infirmitatis sim, derelictus agnovi. *Part. 4 Pastor.*, cap. 5.

74. Tanto majores redemptori gratias referunt justi, quanto vident in aliis, quod ipsi perpeti (si essent relict) potuerunt. *Hom.* 40, sup. *Evang.*

75. Magna vindicta est, quae ex districtione procedit interni examinis, quando reproba mens se proicitur, ut quod male deliberat, agere permittatur. *Lib. 4, in I Reg.*, cap. 1, sup. illud: *Non abjecerunt te, sed me.*
76. Qui a Deo avertitur et prosperatur, tanto perditioni fit proximus, quanto a zelo discipline invenitur alienus. *Hom.* 12, sup. *Exch.*, sup. illud *Proverb.* 1: *Aversio parvulorum interficiet eos.*
77. Deus electos suos per spirituales praesentiam nunquam deserit, cum stantibus permanet cum abeuntibus recedit. *Lib. 1, in I Reg.*, cap. 1.
- HUGO CARD. 78. Neminem dimittit Deus, nisi prius dimissus. *Sup. Hierem.*, cap. 3.
79. Suos ad tempus Dominus relinquit, ut probet qui sint ejus, et ut postea gratior sit consolatio. *Sup. Job*, cap. 30.
- S. INNOC. III. 80. Deus dupliciter hominem derelinquit, et discedit ab illo; quando subtrahit ei defensionem, deserendo illum ad poenam; et quando subtrahit ei gratiam, deserens illum in culpa. *Sup. Psalm.* xxxvii, vers.: *Ne discesseris a me, etc.*
81. Sic Deus illum aliquando derelinquit, a quo ipse minime derelinquitur; nam relictus *Job* ad poenam, innocentiam non relinquit; sic Dominus illos solummodo deserit, qui deserunt ipsum. *Ibid.*
82. Quosdam derelinquit Deus ad tempus, alios derelinquit in perpetuum. *Ibid.*
- JOAN. CASS. 83. Recedere a Deo, perniciosum et praesens exitium est. *Collat.* 23 abbat. *Theoz.*, cap. 9.
- S. JOHANNES CRYSTOST. 84. A Deo derelinquantur, qui per iniquitatem illum prius dereliquerunt. *Serm.* 4, sup. *Ep. ad Rom.*
- S. JOHANNES DAMASC. 85. Nihil exitiosius est quam a Deo deseri; ut nulla nostri cura et providentia tangatur. *Prosec.*
86. Nec ullum ob gravissima crimina gravius supplicium irrogari potest, quam ut quispiam a Deo deseratur et orbetur.
87. Qui enim servatoris Dei ope ac praesidio caret, hic sub hostium ac praedonum potestate est. *Libro 1 Paral.*, cap. 12.
- S. ISID. HISP. 88. Deserente Deo, nullum poenitere perspiciunt est. *Lib. 2, de Sum. bono*, cap. 13, sent. 1.
89. Qui Dei secreto et justo iudicia deseritur homo, perdendus in potestate daemonum relinquitur. *Prosec.*
90. Nam perversa quem Deus deserit, demones suscipiunt. *Ibid.*, sent. 3.
91. Plerumque utile est arrogantibus deseri a Deo, quatenus suae infirmitatis conscii, ad humilitatem redeant, et humiles post casum existant. *Ibid.*, lib. 3, cap. 23, sent. 14.

92. Qui Deum deserit, dignus est ut sit exheres, et ejus nomen de familia Christi in perpetuum deleatur. *Lib. 3, de Divin. inst.*, cap. 19.

93. Nemo a Deo deseritur, nisi ipse se prius deserat. *De triumphis Christi agone*, cap. 6.

94. Magnum quid videtur homo, cum Dei adest auxilium; a quo derelictus, naturae suae agnoscit imbecillitatem. *Orat.* 8, de *Superbia*.

95. Nihil in possessione Dei felicitas, et Deo similis; nihil in amissione miserius, et Deo dissimilis. *Lib. 6, ep. ult.*

96. Qui emittitur, redire non velatur; quem autem Deus expellit, is aeterno damnatur exilio. *Lib. de Cherubin.*

97. Maxima calamitas, a Deo deseri. *De confus. linguar.*

98. Postquam divina providentia quis est privatus, facile patet inimicorum insultibus. *Super III Reg.*, quasi 35.

99. Unde ostendis me mihi, quid sum, quid fui, et quo deveni; quia nihil sum et nescivi; si mihi ipse relinquer, ecce nihili et tota infirmitas, si autem subito me respereris, statim fortis efficior et novo repleor gaudio. *Lib. 3, de Imi. Christi*, cap. 8, sect. 1.

100. Qui confidit in Domino, non deseretur ab eo, in quacunque tribulatione fuerit. *In Hortulo Rosar.*, cap. 11.

101. Nullum aequè grave et acerbum est supplicium, ac a Deo abalienari, et a dulcissima ipsius facie abjici. *Lib. 1, in Vita SS. Barlaam et Josephat.*, cap. 8.

Nide etiam *lit. Felicitas*, sent. 82, 84; *Flagellum Dei*, sent. 34, 141; *Gratia Dei*, sent. 172; *Luctus*, sent. 8; *Præsentia Dei*, sent. 44; *Superbia*, sent. 59, 174.

DESIDERIUM.

Definitio. Desiderium quid est, nisi rerum absentium concupiscentia; Super *Psalin.* cxviii, conc. 8, super illud: *Concupiscenti anima mea desiderare, etc.*

Desiderium est appetitus boni futuri nondum adepti. *Sup. I, B. Petri*, cap. 1, art. 2. *Comparatio.* Sicut ex otio desidia gignitur, ita ex actione desiderium generatur. *Lib. 3, Pharetra*, cap. 24.

Sicut phytia in terram descensdens elevat semina, sic tribulatio animam intrans erigit desiderium. *Ibid.*, cap. 47.

SENTENTIA PATRUM.

1. Non testimonij sua vota solatur qui quod optat, nescit credere. *De Joseph*, cap. 1.
2. Quidquid est desiderabile, si non contingat

LACT. FIRM.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

S. NILUS ABB. MART.

PETR. CELI.

PHILO JUD.

S. THEODORIT.

THOMAS A KEMPIS.

IN VITIS PATR.

S. AUGUSTIN.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. BONAVENT.

S. AMBROSIIUS.

desideranti, deficit; quanto longius est illud quod desideratur, tanto magis deficit, qui desiderat. *Pros.*

3. Quo diutius abest quod desideratur, eo expectantis desideria majore quadam vi amoris ignescunt; caro deficit, sed cupiditas alitur et augetur. *Psaln. cxviii, serm. 11, vers. 1.*

4. Desideria pati et non vinci, illustris viri est et perfecti. *Sup. 1 Cor. 7, in illud: Melius est nubere, quam uri.*

S. ANSELMUS. 5. Dilata non minuuntur, sed magis crescunt desideria. In *Meditationibus.*

S. ANTONIN. 6. Sicut pravum est cor, ita et prava ejus desideria. *Parte 2, Summa, tit. 4, cap. 5.*

S. AUGUSTIN. 7. Vis desideriorum facit tolerantiam laborum et dolorum. *De Patient. cap. 4.*

8. Motus desideriorum, malorum, si consentientem traxerit atque illexerit, concipit pariter peccatum. *Libro 6, contra Julianum, cap. 11.*

9. Desiderium tuum, oratio tua est; et si continuum desiderium, continua oratio; si non vis intermittere orare, noli intermittere desiderare. *Sup. Psalm. xxxvii, vers. 9.*

10. Omnis, qui sibi vult aliquid praestari, in ardore est desiderii; quia ipsum desiderium sitis est animae. *Super Psalm. lxxi, vers. 2: Sitivit anima mea.*

11. Quanta desideria sunt in cordibus hominum? alius desiderat aurum, alius desideret argentum, alius desiderat possessiones, alius desiderat hereditates, alius amplam pecuniam, alius multa pecora, alius domum magnam, alius uxorem, alius honores, alius filios, ardent omnes homines desiderio. *Ibid.*

12. Qui desiderat, etsi lingua taceat, corde cantat; qui autem non desiderat, quolibet amore, quolibet clamore aures hominum feriat, mutus est Deo. *Sup. Psalm. lxxxvi.*

13. Ardentibus spiritualibus desideris, carnalia desideria sine dubitatione frigescent. *Sup. Psalm. cxviii.*

14. Desiderio bono levamur ad Deum, et desiderio malo ad ima praecipitatur. *Super Psalm. cxxi.*

15. Desiderium sinus cordis est. *Tract. 40, super Joan., de cap. 8.*

16. Desideras Deum? desiderari potest, concupisci post, suspirari potest, in illum potest digne cogitari, sed vobis explicari non potest. *Ibid., tract. 34, de cap. 8.*

17. Tota vita Christiani boni, sanctum desiderium est. *Tract. 4, sup. Ep. Joan., de cap. 3.*

18. Vicius, quidam pravi desiderii et delectationis terrenae volare non paritur mentem, et citius retrahit si forte aliquando sublevetur. *Serm. 2, Vigil. Nativ.*

19. Subtractio rei quam amas, augmentatio desiderii est; quod ardentius desideras, cares aegrius. *Serm. 31, super Cant.*

20. O modicum et modicum! ô modicum longum! pie Domine, modicum dicis, quod non videmus te: salvum sit verbum Domini mei, longum est, et multum valde nimis; verumtamen utrumque verum et modicum meritis non modicum volis. *Ibid., ser. 74.*

21. Mens instabilis et inquieta, dum semper nititur apprehendere quod appetit, desideris suis circumagitata nunquam requiescit. *De Inter. domo, cap. 55.*

22. Qui desiderat quod assequi non potest, miser est. *Libro de Amore Dei, verbo Est amor.*

23. Qui desiderat, semper amat desiderare; et qui amat, semper desiderat amare; et desideranti et amanti quod desiderat et amat tribuere, haec est vita aeterna. *Ibid.*

24. Impatiens desiderium quo amplius differitur, ignescit. *Serm. de Virginibus.*

25. Quod bonum est, ab omnibus desideratur. *Libro 3, de Consolat. Philos., prosa 11.*

26. Expecta cum patientia, ut crescat tua desideria. In *Soliloq., cap. 4.*

27. Cum desideras quod non habes, cogita quasi habueris, et jam fraudatus inde fieris, et modo pertransieris. *Prose.*

28. Cum autem habes quod desideras, noli nimis inniti ei per delectationis affectum; sed cogita quod cito pertransiet, et nihil post se relinquet, nisi vestigia dolorum. *Libro 1, de Profect. Relig., cap. 37.*

29. Nemo desiderat, nisi qui concupiscit; nec concupiscit, nisi qui desiderat. *Sup. Psalm. cxviii, vers. Concupiscit anima mea desiderare, etc.*

30. Desiderium virtutis si operari rennuit, neque verum desiderium est. In *Annot. sup. Psalm. iv.*

31. Res desiderata tanto amplius cupitur, quanto amplius subtrahitur. In *Decret. Gratiani.*

32. Animus dolentis cogente maestitia per diversa desideria vagatur; in nocte diem, in die vesperam desideret; quia dolor non sinit placere quod adest; et jam hoc expertus grave consolante desiderio, aliud expectat, sed nec sic dolor finitur. *Super Job, cap. 7.*

33. In corde negligentium prurientia terrena desideria pullulant vitiorum. *Sup. Proverb., cap. 24.*

34. In desideris est omnis otiosus. *Ibid.*

35. Ubi charitas deficit, desiderium mali crescit. *Super Epist. ad Romanos, cap. 7.*

36. In terrenis desideris oculus mentis claudere, in pulvere dormire est. *Lib. 15, Moral., cap. 34.*

37. Fructum non habent lamenta, quae student cum gemitu desiderare peritura. *Ibid., lib. 11, cap. 5.*

38. Animarum verba sunt ipsa desideria. *Ibid., lib. 2, cap. 4.*

39. Magnum desiderium, est magnus clamor; tanto minus clamat quis, quanto minus desiderat. *Ibid.*

40. Carnis vita per momenta deficit, et tamen carnale desiderium crescit. *Ibid., lib. 10, cap. 13.*

41. Cum mors impios subtrahit, eorum profecto desideria cum vita terminantur. *Ibid.*

42. Ferocia sunt terrena desideria, quae non solum contra praecipua Conditoris, sed saepe etiam contra perussionem verbera, duram atque insensibilem mentem reddunt. *Ibid., libro 6, c. 41.*

43. Omne desiderium pena est, cum differitur. *Ibid., lib. 9, cap. 15.*

44. Saepe perversus quisque quanto citius pervenit ad desiderium, tanto facilius rapitur ad tormentum. *Ibid., lib. 15, cap. 13, sup. illud Job, 20: Et cum habuerit quae concupierat, etc.*

45. Non ex desiderio, sed ex necessitate postulatur; nam valde superbire est, extra metas inopie aliquid desiderare. *Ibid., lib. 21, cap. 11.*

46. Electorum desideria, dum premuntur adversitate, proficiunt; sicut ignis flatu premitur, ut crescat; et unde quasi extingui cernitur, inde roboratur. *Ibid., lib. 26, cap. 10.*

47. Desideria justorum excitantur in certamine, ut majoribus cumulatur premiis in retributione; labor protrahitur, ut crescat corona victorie. *Ibid., cap. 15.*

48. Religiosis desideriis facile sit praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. *Libro 1, in Registro, indict. 9, cap. 52, ep. 52, ad Joannem episcop. Surrentinum.*

49. Omne desiderium in poenam convertitur, si non cito evenierit quod optatur. In *septem Psalm. penit., super Psalm. 111, vers. 9.*

50. Desiderium desiderio restinguitur. *Ep. 22, ad Eustoch.*

51. Quidquid licet, minus desideratur; quidquid non licet, fomentum accipit desiderii. *Ep. 29, ad Algasiam, quest. 8.*

52. Quidquid non licet, magis desideratur. *Libro 3, super Oseam, cap. 13, sup. illud: De manu mortis liberabo eos.*

53. Omne desiderium sive bonum, sive malum sit, ubi ad effectum pervenerit, delectat animum. *Libro 2, sup. Prov., cap. 13, sup. illud: Desiderium si compleatur, etc.*

54. Nihil sine causa appeti debet; nec desiderium trahit, quod utilitatem non promittit. *De scriptur. et scriptor., cap. 13.*

55. Quanto quis magis servit Deo, tanto amplius desideria multiplicentur. *Sup. Genes., c. 26.*

56. Desideria meditationibus copulantur, et inde concipiuntur fetus varii bonorum operum. *Ibid., cap. 31.*

57. Discretus sis et caveas, ne ardor desiderii te decipiat. *Super Ezech., cap. 4.*

58. Nihil est laboriosius in hoc mundo, quam terrenis astuare desideris. *Libro 1, in Contemplat. de amore Dei, cap. 33.*

59. Tria maxime solent homines desiderare, s. INNOC III. opes, voluptates, honores; de opibus prava, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt. *Lib. 2, de Contemptu mundi, cap. 4.*

60. Male desideratur quod in damnum salutis assumitur. *Serm. de Jacob et Esau.*

61. Desiderium tum primum jucunditatem parit, cum sisti coeperit. *Ser. 12, sup. Ep. ad Rom.*

62. Corrumpunt animas secularia desideria. *Homil. 28, super Epist. ad Hebr., in Moral.*

63. Malum desiderium est, quod a Deo alienum est. In *cap. 7, Regul. S. Bened., grad. 4, verbo Malum.*

64. Desideria saneta, in dilectione crescunt; si autem in dilectione deficiunt, desideria sancta non sunt. *Ibid.*

65. Quid in hac vita laboriosius, quam terrenis desideris astuare? aut quid hic securius, quam hujus saeculi nihil appetere? *Lib. 3, de Summo bono, cap. 46, sentent. 7.*

66. Animus per se multa desiderat, quae officium fructusque corporis non redundant; quae non fragilia, sed aeterna sunt, ut fama virtutis, ut memoria nominis. *Lib. 7, de Divin. inst., cap. 6.*

67. Desideris nutritur amor, desideria autem ab amore, tanquam calor ab igne procedunt. *De Discipl. monast. conversat., cap. 6.*

68. Solerter nostra sunt probanda desideria, absque tamen fraude, et cunctatione curiositatis ne forte sub devotionis germine, deceptionis lateat coluber. In *Fasciculo amoris, cap. 2.*

69. Non omni spiritui est credendum, neque cuncta desideria, quae bona in se consentur sunt opere perficienda. *De obedient., cap. 26.*

70. Fugiantur desideria jam jamque peritura; quis fructus est, quae utilitas ea indesinenter cupere, quae etiam non deserant, deserenda sunt? *Serm. 5, Epiphani.*

71. Quamvis caducum incertumque sit quod cupitur, libentius tamen suscipitur labor pro desiderio voluptatis, quam pro amore virtutis. *Ser. 11, Quadrages.*

72. Quid in hac vita laboriosius, quam terrenis desideris astuare? quid quietius atque suavius,

HUGO CARD.

IDIOA.

S. JOANNES CRYSTOSTOM.

JOAN. TRITH.

S. ISID. HISP.

IAC. FIRM.

S. IAU. JUST.

S. LEO I.

S. PETR. DAM.

BOETIUS

S. BONAVENT.

CASSIODOR.

FRANCISCUS TITELM.

GLOSS. ORD.

GLOSS. ORD.

S. HIERONYM.

S. GREG. MAG.

HUGO A. S. VICTORE.

quam hujus seculi nihil prostris appetere. Lib. 2, ep. 3, ad Hildebrand.

73. Desiderare ea, quæ sint animæ periculosa, et maxime quod cum murmurare postulat, impium est. Pros.

74. Fugiat anima tali desiderio Deum offendere, si terram promissionis cupit intrare. De Promiss., part. 2, cap. 8.

75. Nihil inferius in homine, nihil infirmitus, carnali desiderio. Parte 1, tract. 1, de Statu Inter. hom., cap. 3.

76 bis. Regium profecto animam gerit, qui desideris suis imperare consuevit. Part. 1, libro 1, de Erudit. hom. inter., cap. 2.

76. Nihil sic afficit animam, quemodò impatiens desiderium. Parte 1, de Benjamin. minore, cap. 73.

76 bis. Etiam permodicè admodum morula, impatienti desiderio satis est molestæ. Parte 1, libro 4, de Comenplati., cap. 13.

77. Finis desiderii, satietas est. Parte 1, de Gradibus charit., cap. 2.

78. In vera felicitate sola, quiescere potest desiderium nostrum. Sup. Psalm. civ, vers. 4.

79. Ubi major charitas, ibi est majus desiderium. Parte 1, quest. 12, art. 6.

80. Desiderium facit desiderantem aptum et paratum ad susceptionem desiderati. Ibid.

81. Verbis et aliis signis ad augendum desiderium sanctum, nos ipsos acrius excitamus. 2, 2, quest. 83, art. 12.

82. Quanto aliquid magis desideratur, tanto ejus absentia est molestior. Serm. 3, Dom. 1, Adventus.

SENTENTIA PAGANORUM.

83. Desiderium quo tardius et rarius venit, et crebrius et celerius pervenit. Libro 4, de Arie rhetor. ad Herenn.

84. Omnia desiderata magis, quam assidue perccepta delectant. Orat. 27, ad Quirites.

85. Etiam celeritas in desiderio timora est. In suis Sent., sent. 103.

86. Optimum inter pietatem et rationem temperamentum est, et sentire desiderium, et opprimere. De Consolat. ad Helciam, cap. 13.

87. Alienum est, omne quidquid optando venit. Ep. 8.

88. Id opta, quod optari coram bonis potest. De Quatuor virtut.

89. Opta tibi erent, non quod vis, sed quod expedit. Sent. 80.

90. Grandem penam putato, cum in desideris desiderata succedunt; nunquam enim sedat desiderium adeptio desideratorum. Ibid., sent. 266.

Vide etiam tituli Dilectatio; sent. 32; Differen-

S. PROSPER.

RICH. A S. VICTORE.

ROBERTUS BELLARM.

S. THOMAS AQUINAS.

S. VINCENT FERRARIUS.

MIMUS PUBL.

SENeca.

SIXTUS PHILOSOPHUS.

lia, sent. 27; Difficultas, sent. 27; Dilatio, sent. 35, 38, 42, 43, 45, 47, 49, 52, 53, 54, 74; Obivatio, sent. 22; Petitio, sent. 49, 69, 75; Providentia Dei, sent. 77.

DESPERATIO.

Definitio. Desperatio est voluntas gravadinem s. BONAVEN reprimens de adiutorio, ad perlicenda agenda diffidens, sive de remuneratione divina propter sustinentiam gravadinem, quæ est in explendis præceptis diffidens. Parte 1, Centiloguii, sect. 21.

Desperatio est ad vitæ statum, vel virtutum redditum fracta spei gubernatio; vel est spei de salute aut venia obtinenda abjectio. De Fract. carnis et spirit., cap. 7.

Desperatio est, qua quis expectat futurum malum, aut non adptionem boni contra dictamen rectæ rationis. Parte 4, in Descrip. termin., cap. Temperantia.

Desperatio est, qua quis diffidit penitus de bonitate Dei estimans suam malitiam divinæ bonitatis magnitudinem excedere. Libro 2, sent. dist. 43.

Desperatio est motus voluntatis inde nascens, quod quis existimet Deum peccatori penitentiam veniam denegare. 2, 2, quest. 20, art. 1.

Desperatio est aegritudo animi sine ulla rerum expectatione meliorum. Libro 4, Tusc. quasi.

Divisio. Duplex est desperatio, bona scilicet et mala; bona, qua desperatur de mundi amicitia; mala, qua desperatur de Dei misericordia. Prima separat a mundo, secunda separat a Deo. Super Job., cap. 7.

Duplex est desperatio de vulnerato, vel quando non sentit vulnus, vel quando nimis sentit; prima non querit medicum, secunda non sustinet. Super Genes., cap. 1.

SENTENTIA PATRUM.

1. Nemo diffidat, nemo veterum consensu delictorum præmia divina desperet; novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum. Lib. 2, sup. Luc., cap. 1.

2. Vobis lapsis non est desperandum, nec confessio dimittenda, quia non habemus Pontificem austerum vel deditantem, sed misericordem; non a nobis remotum, sed naturæ nostræ participem. Super Epist. ad Hebr., cap. 4, in illud: Non habemus pontificem, etc.

3. Desperare nemo delect in hac vita, quia misericordia Dei est infinita. Parte 1, tit. 6, cap. 8, § 1.

4. Desperatio est hila acedia. Parte 2, tit. 9, de Acedia, cap. 13.

5. Desperationis nulla prodiendi est facultas; s. ANTONIO DE PARRIA

AUGUSTIN.

quia dum quis peccatum amat, futuram gratiam non sperat. Serm. 1, post Epiphaniam.

6. Quisquis non credit dimitti sibi posse peccata; fit deterior desperando, quasi nihil illi melius quam malum esse remaneat, ubi de fructu suæ conversionis infidus est. Libro 1, de Doctr. christiana, cap. 18.

7. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam major est misericordia, quam nostra miseria. De Spiritu et anima, cap. 6.

8. Quia de Deo non præsumit veniam, non animadvertit plus peccato suo Dei posse clementiam. Prosecc.

9. Ille solus diffidat, qui tantum peccare potest, quantum Deus benignus est; cum sit autem nullus, qui hoc possit, qui timet de se malo, præsumat de migliore. De Verâ et falsa paenit., cap. 8.

10. Quid infelicitus illo, qui perdit fidem, et desperatione languescit? desperatio enim est animi infelicitas. De amicitia, cap. 13.

11. Desperatio et spes in peccatore metiendæ est. Desperat ut peccet, sperat ut peccet; utrumque metuendum est, utrumque periculosum, Væ a desperatione, væ a perversa spe. Sup. Psalm. cxlvii, vers. 8. Misericors est viserator Dominus.

12. Nemo desperet, nemo de se præsumat; et desperare malum est, et de se præsumere; sic noli desperare, ut eligas de quo debeas presumere. Tract. 49, super Evang. Joan., de esp. 11.

13. Ne desperando augeamus peccata, propositus est penitentis portus; rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus. Ibid.

14. Quod si male fecisti, emenda dum potes, dum est licentia penitere; veniam non desperes; si ad meliora converteris, quia desperatio peior est omni peccato. Prosecc.

15. Nullatenus de Dei misericordia desperetis, nec post centum peccata, nec post mille crimina; quia nulla est tam grandis culpa, quæ penitendo non habeat veniam. De rectitud. Catholicæ conversat.

16. Nemo desperet; Judam traditorem non tam scelus quod commisit, quam indulgentiæ erecta cervix; et ex desperatione contemptus. Lib. 5, super Isaiaim, cap. 22, sup illud: Et vocabit Dominus, etc.

17. Illi qui desperant de indulgentia Dei; ipsa desperatione intus se suffocant, ut eos Spiritus sanctus visitare non possit. Rom. 26, ex quinqueagint. hom.

18. Peccatorum multitudo non adducit in desperationem, sed impietas. Prosecc.

19. Impiorum est enim desperare salutem, et contemnerem, cum in profundum venerint malorum; non peccatorum. Ser. 1, Vigil. Pent.

20. Caro putrida putredini proxima est; et qui

HUGO A S. VICTORE.

JOAN. GRES.

PETRUS LOMBARDUS.

S. THOMAS AQUINAS.

CICERO.

HUGO CARD.

S. AMBROSIIUS.

S. ANSELMUS.

S. ANTONIN.

S. BERNARD.

S. CESARIUS ARELAT.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

GLOSSA ORD.

S. GREE. MAG.

S. HIERON.

- eo tempore, quo persequebatur Ecclesiam, terram, confessus est, et eorum factus est. Nec qui cœlum est, debet esse securus; nec qui terra est, debet desperare de vita. *Sup. Psalm. cxxxiii, vers. Qui fecit calum et terram.*
35. Incumbit virtuti sæculi, qui desperat de adiutorio Dei. *Super Marc., cap. 14, in illud: Vigilate et orate.*
- HUGO CARD. 36. Utilitas est, ut discamus Deum timere, et in adversitatibus non desperare. In *Prologo*, sup. lib. *Judic.*
37. Nullum peccatum tantum imminuit fortitudinem mentis, sicut desperatio; tollit enim spem quæ est anchora et fortitudo animæ. *Super Proverb., cap. 24.*
- S. INNOC. III. 38. Nullus pro multitudine vel magnitudine peccatorum desperet; quia Deus non solum recipit penitentes, verumetiam attrahit peccatores. *Serm. 1, de Convers. S. Pauli.*
- S. JOANNES CHRYSOSTOM. 39. Peccator cum desperaverit, perit. *Hom. 1, sup. Psalm. L.*
40. Noli desperare; si impius es, cogita Publicanum; si immundus es, attende meretricem; si homicida es, perscipe latronem; si iniquus es, cogita Paulum blasphemum. *Prose.*
41. Occidisti? penitere; moechatus es? confitere, cecidisti? resurge; dum vivis, dum spiras, etiam in ipso lecto positus, etiam exanimans, penitere; non impeditur temporis angustia misericordia Dei. *Hom. 2, sup. Psalm. L.*
42. Nemo qui male vixit desperet, cum ante primos etiam possit volitare; nemo qui virtutem colit, confidat ac dormitet, ne meretrix quæpiam anlevertat. *Hom. 68, sup. Math. Oper. perf.*
43. Non tantos peccatum, quantos desperatio perdidit. *Ibid., hom. 87.*
44. Animo desperato nihil pejus, quamvis signa, quamvis miracula videat in eadem perstat pertinacia. *Homil. 34, super Joan.*
45. Qui de se desperat, auidax fit. *Homil. 17, super Acta Apost. in Morali.*
46. Ille revera desperatione dignus est, qui de seipso desperat, ille nullam salutis spem habet. *Ibid., homil. 24, in Morali.*
47. Nemo malus desperet, nemo bonus nimium sibi confidat; sed ille trepidus, hic alacris esto. *Homil. 38, sup. I Cor.*
48. Nihil desperatione deterius. *Homil. 6, de Pœnit.*
49. Perniciosa desperatio est; cadentem surrere non sinit, et stantem cadere facit. *Ibid.*
50. Stantem confidere, et desperare jacentem, perditio animarum est. *Ibid.*
51. Pondus peccati deprimit desperantem. In *ser. de Pœnit.*
52. Diabolus omnem lapidem movet, qui in peccatoribus alte radicem agat cogitatio desperationis. *Ep. 5, ad Theodor. lapsum.*
53. Radix et mater desperationis, ignavia est, nam ignavia desperationem parit. *Prose.*
54. Nunquam qui non torpescit, in desperationem proruit. *Ep. 5, ad Theodor. laps.*
55. Noli desperare, quoniam plus peccabis desperando, quam superbe cadendo. *Super Prolog. Regul. S. Bened., cap. 2, text. 19.*
56. Præmia via solutis est, declinare culpam; secunda, non desperare veniam. *Prose.*
57. Scelerator omnibus Judas factus est, quem non penitentia duxit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. In *cap. 4, Reg. S. Bened., verbo Prima.*
58. Perpetrare flagitium aliquid, mors animæ est; sed desperare, est in infernum descendere. *Lib. 2, de Sum. bono, cap. 14, sent. 2.*
59. Sæpe diabolus eos, quos converti ad penitentiam aspicit, immanitate scelerum percussos, ad desperationem deducit; ut subtracta spe veniæ trahat in diffidentiam, quos non potuit retinere perseverantes in culpa. *Ibid., sent. 3.*
60. Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitæ ad penitentiam convertatur; unumquemque enim Deus de suo fine, non de vita præterita judicat. *Ibid., sent. 6.*
61. Nullatenus de misericordia desperes, habeto fiduciam, non desperes remedium sanitatis. *Prose.*
62. Qui enim de venia desperat, plus se desperatione, quam de commissio scelere damnat.
63. Desperatio auget peccatum, desperatio peior est omni peccato. *Lib. 1, de Synonyma.*
64. Etiamsi quis deliquerit, in desperationem non decidat; sed a peccandi consuetudine spei indulgentia respiscat. *Super Cantic., cap. 6, explicat. 147.*
65. Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est; quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore proficitur. *Ep. 92, ad Rustic. Narbonens. episc., cap. 6.*
66. Qui de misericordia desperat, Deum hominum et veracem esse negat, et in Spiritum sanctum blasphemus est. In *canone Vitæ spirit. cap. 2.*
67. Plurimos desperatio interficit, qui hoc solum metuunt, non possint continere. *Serm. 58, de Sancto Andræa.*
68. Non est peccatorum desperare, sed impiorum; nec magnitudo criminum in desperationem adducit animam, sed impietas. *Opuscul. 7, cap. 23.*
69. In desperatis rebus gloriosum est fortiter agere. *Opuscul. 48, cap. 4.*

- S. PROSPER. 70. Sicut malum est presumptione erigi, ita malum est desperatione demergi. *Super Psalm. cxxxviii, vers. 7.*
- RICH. A S. VICTORE. 71. Malum desperationis, animum non tam timidum, quam timidum reddit; non tam solet attollere, quam dejicere. *Part. 1. lib. 3, de Erudit. hom. inter., cap. 19.*
- S. VALERIAN. 72. Nunquam ille bene iter ardui montis aggraudit, cui desperatio dominatur. *Hom. 3, de Arcto vita.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
- CICERO. 73. Non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem. *Libro 6. Ep. 1, ad Torquatum.*
- SENECA. 74. Desperatione ultima in furorem animus impellitur. *Libro 4 Controvers. 29.*
- Vide etiam tit. *Adversitas*, sent. 4; *Confidentia*, sent. 27; *Impudentia*, sent. 22; *Peccatum veniale*, sent. 26; *Penitentia*, sent. 308, 310; *Præsumptio*, sent. 36; *Religiosus*, sent. 96; *Verecundia*, sent. 28.
- DETRACTIO.
- S. ANSELMUS. *Definitio.* Detractio est aliorum bene gesta opera, vel in malum vitiose mutare, vel invidendo fallaci fraude diminuere; cum aut mala dicuntur quæ bona sunt, aut parva quæ magna sunt. *Super Epist. ad Rom. cap. 1, in illud: Detractores Deo obdibiles.*
- Detractio est quotiescumque quis aliquid ea intentione de aliquo dicit, unde ipse minus anari, sive minus appetari possit. *De similitudinibus, cap. 149.*
- S. AUGUSTIN. Quid est detractio, nisi mordacior quam veracior reprehensio? *Hom. 20, Ex quinquaginta hom.*
- S. BASILIUS MAGNUS. Detractio est adversus fratrem absentem, obtrahendi ipsi studio, aliquid dicere, etiamsi alioqui verum sit quod dicitur. *Apud D. Joan. Damasc. lib. 2 Parall., cap. 68.*
- S. BONAVENT. Detractio est alienæ famæ denigratio. *Parte 1. Centiloqui, sect. 13.*
- CASSIODORUS. Obloqui est absentem detrahere, et dolose aliquem sermone mordere. *Sup. Psalm. xliii, vers. 18. A voce obloquentis.*
- CLEMENS ALEX. Obtractio est detractans vituperatio. *Lib. 1. Pædagog. cap. 9.*
- HUGO A S. VICTORE. Detractio est alienæ gloriæ et famæ, mordax et invida per verba aut signa diminutio. *De Fructu carnis et spirit., cap. 5.*
- JOAN. TRITH. Quid aliud est detractio, quam respectu alteris gloriæ minuende mordax ad alterum delatio? *Sup. Prolog. Reg. S. Benedicti, cap. 2, text. 16.*
- RICH. A S. VICTORE. Detrahere est de apertis bonis, vel aliquid velle minuere, cum non possit omnia penitus evacua- re, et sic detractio bonæ opinionis est evacuare. *Libro 3, de Erudit. hominis inter., cap. 9.*
- DIONYSIUS CARTHUS. *Differentia.* Susurratio et detractio proprie differunt; quoniam susurrator intendit proximorum mutuan dilectionem corrumpere, discordias seminando; detractor denigrat alienam famam; idcirco susurratio est gravior crimen, quam detractio, quia amicitia majus bonum est quam fama. *Super Epist. B. Jacobi, cap. 4, art. 6.*
- Tanta distantia est inter fornicantem et detrahentem, ut ille qui fornicator se tantum occidat; ille autem qui detrahit, et se et illum qui audit demergat. *Super Psalm. c, vers. 5; Detrahentem proximo suo.*
- SENTENTIA PATRUM.
1. Summa iniquitas est fratres detrahere; quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est. *Habetur apud Gratianum, in Decret., part. 2, causa 6, quæst. 1, can. Summa.*
2. Detractionis vitium, quod maxime ex otiositate solet nasci, multum est cavendum, quia perniciosum est. *De similitudinibus, cap. 146.*
3. Is qui alterum detrahendo comedit, consumitur ab eo qui morsibus detractionis consumere gestit. *Ibid., cap. 147.*
4. Detractio malis duritiam, penitentibus refrigerationem, tentatis exemplum peccandi, quasi fomenta malitiæ præstat. *Ibid., cap. 149.*
5. Detractio est secunda filia invidiæ. *Part. 2, tit. 8, de Invidia, cap. 4.*
6. Homines servis Dei detrahunt, et qui eorum vitam pervertere non possunt, famam decolorare conantur. *Epist. 136, ad Felicem et Hilarium episc.*
7. Detrahenti et audienti utriusque esse mortis animæ est detractio et lingua. *De salut. docum., cap. 26.*
8. Detractor et libens auditor, diabolum portant in lingua. *Ibid.*
9. Plaga dolosa est occulta detractio, plaga serpentina est et aspidis mortifera. *De Amicitia, cap. 13.*
10. Detrahare amico, venenum amicitia est. *Ibid., cap. 13.*
11. Quisquis volens detrahit famæ meæ, non lens addit mercedi meæ. *Lib. 3, contra Iul. Pelitiani, cap. 7.*
12. Magis nocent membris qui Christo detrahunt, qui animas interficiunt, quam qui ejus mortalem carnem mox resurrecturam peremerunt. *Super Psalm. cviii, vers. 3: Detrahebant mihi.*
13. Detrahit proximum proximo, detrahit cle-

riens clerico, detrahit laicus laico; qui detrahit fratri suo, aut iudicat fratrem, detrahit legi aut iudicet legem. *De Tempore barbarico*, cap. 1.

14. Majus scandalum sinit, qui se detrahentem intelligit, quam qui correctionem sustinet; magis odit et non diligit, unde detrahit et non corripit. *De Conflictu vitiorum et virtutum*, cap. 8.

15. Quam sit detestanda detractio proximi, plerisque in locis divina eloquia testantur. *Ibid.*
16. Non est danda detrahendi occasio. *Ibid.*, cap. 41.

17. Detractio vulnerat famam. *Homil. 20.*
18. Amare sunt obloquentium lingua. *Serm. 2, in Sabbat. post Dom. Quinquages.*

19. Difficile est ut bene sibi conscientiam prohibentem obtectantium lingua non mordeat. *Ibid.*

20. Detractio grande vitium est; seipsum occido, si aliis detraho. *Ser. 43, ad Fratres in creta.*

21. Nemo laetetur servos Dei, quia non expedit lacernantibus; servis Dei quidem merces detractionibus crescit, sed crescit poena etiam detrahentibus. *Serm. 2, de Vita clericor.*

V. BEDA.

22. Crimen aequale committunt, et is qui alicui detrahit, et qui detrahentem libenter audit. In suis *Proc.* verbo *Crimen*.

23. Qui detractionibus aurem libenter aperit, hanc animae suae portam mortis efficit. *Libro 2, super Lucam*, cap. 7, in illud: *Qui viderit multierem*, etc.

S. BERNARDUS SENENSIS.

24. Tanquam crudelitate sunt detractores, ut nemini parcent, nec amico, nec consanguineo, nec majoribus, nec minoribus; omnes devorant, nec temporari parcent, nec gradui. *Serm. 23, de Detractione*, art. 2.

S. BERNARDUS.

25. Cavet sibi prudens auditor, cavet et ipse, si non desipit, qui sibi noverit esse detractum; ille ne veneno indicatur, iste ne scandalo perturbetur. *Serm. de Triptici custodia linguae.*

26. Vipera est lingua ferocissima plane, quae tres lethaliter inficit statu uno. *Prosec.*

27. Numquid non lancea est ista lingua? profecto et acutissima, quae tres penetrat ietu uno.

28. Gladius quidem anceps, imo triiceps est lingua detractoris. *Ibid.*

29. Levis res sermo, quia leviter volat, sed graviter urit; leviter penetrat animum, sed non leviter revocatur; facile volat, atque ideo facile violat charitatem. *Ibid.*

30. Detractores, persecutores sunt. *Serm. 1, de Convers. S. Pauli.*

31. Tanta est libido detrahendi audiendive detrahentem, ut incant familiaritatem ad maledicendum, concordem ad discordiam. *Serm. 24, super Cant.*

32. Omnis qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum charitate, deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsis apud quos detrahit? *Ibid.*

33. Qui detrahit, foris charitatem lingua maledica et, quantum in se est, necit funditus et extinguit; non solum autem, sed et in absentibus universis ad quos volans verbum forte per eos, qui presentes sunt pervenire contigerit. *Prosec.*

34. Unus est qui loquitur, et unum tantum verbum profert, et tamen illud unum verbum uno in momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. *Ibid.*

35. Cor felle livoris amarum, per linguam instrumentum spargere nisi amara non potest. *Ibid.*

36. Sunt aliqui qui nude atque irreverenter, uti in buccam venerit virus evomant detractionis. *Prosec.*

37. Alii autem quodam simulate verecundiae furo conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. *Ibid.*

38. Pessima vulpes, ocellus detractor, sed non minus nequam blandus adulator. *Ibid.*, ser. 63.

39. Detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnatius sit non facile dixerim. *Lib. 2, de Consider. ad Eugen., Papam.*

40. Si vis detrahare, tua in te peccata retorque; non aliorum delicta, sed propria carne; nunquam enim aliis detrahas, si te bene inspexeris. *De inter. domo*, cap. 42.

41. Detrahentes et audientes pari reatu detinentur. *Ibid.*

42. Certe non potest ibi esse pax integra, ubi regnat detrahens lingua. *Serm. 17, ad Sororem.*

43. Qui detrahit, et qui detrahentem libenter audit, uterque peccat; non solum ille qui detrahit, sed et ille qui voluntarie detrahentem audit. *Ibid.*

44. Nihil fedius detractori; hoc summæ turpitudinis est. *Ibid.*

45. Sicut canes rodunt pedes transeuntium, ita detractores rodunt vitam proximatorum. *Ibid.*

46. Detractio fit quatuor modis, vel cum occultum bonum negatur, vel cum apertum diminuitur, vel cum occultum malum propagatur, vel cum apertum amplius divulgatur. *Super Sapient.*, cap. 1.

47. Pejor est detractio serpentino veneno: illud enim venenum quod serpentes in aliorum perniciem ferunt, sine sua continent malitia, ipsa vero detractio, partem veneni sibi libit. *Ibid.*

48. Detractionis vitium executionem inducit. *In Apolog. pauper.*, resp. 1.

49. Religiosus non est, qui detractionibus pascat, aut pascat alienis. *In Speculo discipl.*, c. 31.

50. Pessima vitii corruptela est detractio, quae animam maculat, Deum offendit, proximum scandalizat. *Ibid.*

51. Magnum vitium est homini dicere de absentibus, quod erubesceret loqui audiret. *In Institut. Noct.*, cap. 23.

S. EPHEMUS.

52. Narrat aliqui obtrectator, et tu illi praebes aurem; et quam ille suo ore inferre studet necem, tu eam aurium tuarum sinu excipis. *De Morbo linguae.*

53. Ne detractionis vitium parvum ducas, et tanquam interficere non valet; ex vobis ducis, et tanquam disce, quae parva videntur, non ideo contemnenda. *Ibid.*

54. Fratrem suum apud alium traducere, satanicum est. *In Adhortat. 2.*

S. FRANCISCUS ASSISIENSIS.

55. Detractionis vitium inimicum est fontis pietatis et gratiae, et pissimo Deo abominabile; pro eo quod detractor animatum sanguine pascat, quae gladio linguae necat. In suis *opus.*

56. Tanto major est detractorem impietas, quam latronum; quanto lex Christi, magis animarum quam corporum nos estringit optare salutem. *Ibid.*

57. Detractores sunt de generatione Cham, qui verenda patris non operuit, sed discooperuit; ita isti defegunt, et exaggerant defectus aliorum. *Prosec.*

58. Ille veluti porci in immunditiis voluntantur et spurcitiis, vel defectibus, quos in aliis curiose querunt, vel forte falso se invenisse aut vidisse affirmant. *Ibid.*

59. Instant Religioni discrimina, nisi detractoribus obvietur; cito multorum suavissimus odor fetebit, nisi foetidiorum ora claudantur. *Prosec.*

60. Summa curandum est providentia, ne pestifer iste morbus latius se diffundat. *Ibid.*, *Apophtegm.* 17.

FRANCISCUS TITELM.

61. Solet detractio comitari otiosos. *In Elucidat.*, sup. *Psalm.* XLIX, vers. 21.

S. GREG. MAG.

62. Cum linguae detrahentium corrigi nequeunt, splanianiter sunt toleranda. *Hom. 9, super Ezech.*

63. Obtrectationis sermo timendus non est ne, dum vituperatio perversorum metuitur, recti operis via deseratur. *Ibid.*

64. Linguae detrahentium sicut nostro studio non debemus exulare, ne ipsi perant; ita per suam malitiam excitatas debemus equanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat. *Hom. 9, sup. Ezech.*

65. Quod aliud detrahentes faciunt, nisi pulverem sufflant; atque in oculos suos terram exci-

tant, ut inde plus detractiones persilant, inde magis nihil veritatis videant? *Libro 8, in Registro*, ind. 3, cap. 43, ep. 43, ad *Palladium*.

66. Mali semper ac malevoli, honorum hominum facta bona detrahunt, et ad malam famam conantur evertere. *Serm. hom. 3, post Pascha.*

67. Cave ne aut linguam, aut aures habeas s. Hieronymus, prurientes; id est ne aut ipse alios detrahas, aut alios audias detrahentes. *Prosec.*

68. Nemo invito auditori libenter refert; sagitta in lapidem nunquam figitur, interdum resiliens percussit dirigentem. *Ep. 2, ad Nepotian.*

69. Discat detractor, dum te videt, non libenter audire, non facile detrahare. *Prosec.*

70. Cum detractoribus, ait Solomon, ne miscereis, quoniam repente veniet perditio eorum, et ruinam utriusque quis novit? tam videlicet ejus, qui detrahit, quam illius, qui accommodat aurem detrahenti. *Ibid.*

71. Detractor cum tristem faciem viderit audientis (imo ne audientis quidem, sed obturantis aures) ne audiat iudicium sanguinis, illico conticescit, pallet vultus, haerent labia, saliva siccat. *Ibid.*, *Ep. 4, ad Rustic.*

72. Si me vis corrigere delinquentem, aperte increpa, tantum ne occulte mordeas. *Ibid.*

73. Fieri non potest ut, absque morsu hominum, vitia hujus curricula quis pertranseat. *Epist. 10, ad Furiam.*

74. Nulli unquam omnino detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri malis; magisque vitam tuam ordinate disce, quam alienam mordaciter capere. *Epist. 14, ad Celsantiam.*

75. Pauci sunt, qui huic vitio detractionis renuntiant; raroque invenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velint, ut non libenter reprehendant alienam. *Prosec.*

76. Tantaque hujus mali libido montes hominum invasit, ut etiam qui procul ab aliis vitii recesserunt, in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant.

77. Tu vero hoc malum ita effuge, ut non modo non detrahas, sed ne alii quidem detracti aliquando credas, nec obtrectatoribus auctoritatem de consensu tribuas, ne eorum vitium nutrias annuendo. *Ibid.*

78. Detractio malum celebre est, et in multis ita fervet hoc vitium, ut pene ab omnibus libenter audiatur. *Ibid.*

79. Frustra irascimur detractoribus nostris, si eis ipsis obtrectandi materia ministramus. *Ibid.*

80. Non facilis venia est, prava dixisse de rectis. *Epist. 57, ad Ascellam.*

81. Detractores nomine Christiani, praeferimus-

HAYDO.

HIERONYMUS.

- sa domorum suarum cura, et proprii oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quaerunt. *Ibid.*
82. Nunquam detractio ex ore virginis procedat. *Epist. 1, ad Demetriadem.*
83. Pessimum est hoc vitium detraktionis, quod alterum vilem facit videri. *Ibid.*
84. Non solum non detrahas, sed ne detrahenti quidem aliquando credas; non minus auribus, quam lingua fugias detraktionem. *Ibid.*
85. Nulli detrahas, nec in eo te sanctum putes, si ceteros laeeras. In *Regula monachorum*, cap. 19.
86. Haec est consuetudo detrahentis, ut malum suum semper velit negando geminare, et dicere aut non fecisse, quod fecit, aut bono operatum zelo. *Ibid.*
87. Amara sunt obloquentium lingua, nec semper veracia sunt ora laudantium; inde sevit et odii, hinc decipit officium; et facilius est vitare discordem, quam declinare fallacem. *Ibid.*
88. Lingua hominum ad iudicia praecipit absentium vitam ut plurimum non cessat hinc inde corrodere. In *Regula monachar.*, cap. 21.
89. Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi; si vero tristi vultu haec audias, discit non libenter dicere quod didicerit non libenter audiri. *Lib. 3, sup. Proverb.*, c. 25, sup. illud: *Ventus Aquilo dissipat*, etc.
90. Serpens et detractor aequales sunt; quomodo enim ille occulte mordens venenum inserit, sic iste clam detrahens virus pectoris sui infundit. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 10, sup. illud: *Si memoraverit serpens.*
91. Qui iustus detrahit, diabolus est. *Sup. Psalm.* xxxviii, vers. 2.
92. Non putent Monachi se debere esse securos, dicentes: Grandia crimina non facimus in monasterio, non adulteror, non furtum facio, non homicidium, non parricidium, et caetera, quae grandia vitia sunt; grande scelus est, quando detrahis fratri tuo, lingua tua fratrem interficis; grande vitium est, detrahere fratribus; tacere non velle, circumire cellas, aliis detrahere. *Super Psalm* clix, exposit. 2, vers. 2: *Domine, libera animam meam*, etc.
93. Si adversarius tibi detrahit, nihil tibi nocet, sed sibi; et tu te interficis, si alii detrahas. *Ibid.*, vers. 3.
94. Qui cum bona imitari non queant, quod solum facere possunt, invident; et in eo se doctos eruditosque arbitrantur, si de aliis detrahaunt. *Super epist. ad Ephes.*
95. Sunt tres species detractorum: prima est mala proximorum ad diffamandum libenter publicantium; secunda est aures talibus libenter
- praebentium; tertia est criminosa de proximis falso fingentium. *Super Levitic.*, cap. 19.
96. Detractores proprie dicuntur umbrae mortis, quia similes sunt morti; mors enim nulli parcat, sed omnes aequaliter ferit; sic detractores omnibus detrahunt. *Sup. Psalm.* xxii.
97. Detractio in tribus est: mala aperta diffamatio, bonis apertis derogat, dubia male interpretatur. *Ibid.*
98. Detractor peior est inferno; infernus non absorbet nisi malos, sed detractoris os absorbet tam bonos quam malos. *Super Psalm.* xxxiv.
99. Omnis detractor infidelis est, et peior cane; quia ad devorandum proximum mullos advocat, et, quanto foetidior invenit, tanto libentius comedit, et aliis ad comedendum apponit. *Super Prov.*, cap. 11.
100. Aliquando ne detractor appareat, sub sigillo confessionis scelera aliorum, quasi dolendo, narrat. *Ibid.*
101. Nulla mensura iniquior iudicio detractorum. *Ibid.*, cap. 13.
102. Detractor uno flatu triplex lumen simul extinguit: scilicet, lumen fama, in illo cui detrahit; lumen gratiae, in ipso qui detrahit; lumen bonae conscientiae, in illis apud quos detrahit. *Ibid.*, cap. 20.
103. Detractor, quia aliena stercora semper in ore suo portat, foedat omnes quibus loquitur. *Ibid.*, cap. 24.
104. Detractores proprie advocati diaboli sunt; et quod Dei est, diabolo attribuant. *Ibid.*
105. Sermo venenatus est sermo detractoris, qui vulnerat, ut gladius, et urit ut ignis. *Prose.*
106. Quanto magis nosler est, qui detrahit, tanto intolerabilior est, et profundius atque periculosius vulnerat detractio ejus. *Super Ecclesiasten*, cap. 7.
107. Sicut mulier parturienti cum dolore emittit partum: ita detractor, dicit se cum dolore referre quod audit. *Super Ecclesiastice*, cap. 19.
108. Os detractoris est quasi pharetra diaboli plena sagittis. *Sup. epist. ad Rom.*, cap. 3.
109. Lingua detractoris est quasi rotabulum congregans sordes; id est, peccata aliorum. *Ibid.*, cap. 6.
110. Detractio est lingua diaboli, quia detractor est os diaboli. *Super II, ad Tim.*, cap. 2.
111. Detractio cibi animae et quidem persuavis. *Libro 5, de Canon. inst.*, cap. 21.
112. Omnium hominum qui detrahunt ora facile obstruit virtutis possessio. *Hom. 33, super Math. operf. perfect.*
113. Sermo spurcus est detractio. *Serm. 14, super Epist. ad Ephes.*

114. Detrahere, quam humanum corpus comedere, pejus est. *Homil. 3, Ad popul. Antioch.*
115. Detrahens fraternas carnes comedit, proximi carnem momordit. *Ibid.*
116. Detrahens continenter anxius est, suspicatur et timet. *Ibid.*
117. Detractio satanicum est barathrum insidiarum, et diaboli insessio. *Ibid.*
118. Detractio est proles odii, tenuis languor, pinguis et occulta ac latens sanguisuga, quae charitatis omnem consumit ac demolitur sanguinem. *Grado 10.*
119. Detractio dilectionis est simulatio, cordis castitatisque exterminatio. *Ibid.*
120. Inter caetera peccata istud detraktionis quodammodo est inhumanius et bestialius, quia lupinum. *Prose.*
121. Dicitur namque quod canis canem non comedit, nec bestia aliquam bestiam suae speciei, sed bene alterius, sola lupa excepta; quae cum fame premitur lupum comedere non veretur. Sic et detractor homo hominem suae naturae consortem, tanquam lupa rapacissima, dentibus detraktionis rodere, comedere, et occidere non erubescit.
122. In hoc a lupa differens, quod illa comedit carnes recentes, ipse autem quandoque carnes fortes et jam putrefactas, quando videlicet non tantum vivis, sed et dudum jam mortuis dentes mordaces detractorie jam infligit. *De questionib. cum suis respons.*, quest. 1.
123. Detractio grave vitium est, detractio grave peccatum est, detractio grave crimen est, detractio gravis damnatio est. *Libro 2, de Synonym.* cap. 9.
124. Quando alii detrahis, te discute; quando alium mordes, tua peccata redargue. *Prose.*
125. Si vis detrahere, tua te peccata retorquent; nunquam alii detrahas, si te perspexeris. *Ibid.*
126. Detrahentes non audias, susurrantibus auditum non praebes; pari enim reatu detrahentes et audientes tenentur. *Ibid.*
127. Quandocumque quis detraktionibus vitam absentium dilaniat, procul dubio diaboli minister est, et fraternae cordis reus. *Prose.*
128. Gladio namque detraktionis suae famam proximi, cui detrahit, occidit in corde audientium. *De discipl. monast. conversat.* cap. 13.
129. Ferales harum ad capiendas animas, sunt labia detrahentium. *Ibid.*
130. A charitate excisum se faletur, qui detraktionibus assuetus est. *Ibid.*
131. Nihil perniciosius detractore. Dissipat charitatem, dissolvit unitatem, humilitatem fugat,
- pacem turbat, rixas parit, nutrit discordias, lite movet, odia generat, omnem dirimit sanctitatem. *Ibid.*, cap. 22.
132. Periculosus morbo laborat, qui de aliorum vitis libenter loquitur, eaque temere prodit. In *canon. Vitae spirit.*, cap. 31.
133. Qui adversus alterum male loquitur, seipsum inscius malis afficit. *Parenes.* 15.
134. Susurrorum et detractorum os aperit diabolus. *Homil. 3, in cap. 7, Exodi.*
135. Absentibus nunquam detrahas, sed eos in faciem, prout res dictaverit, competenter objurga. *Libro 2, epist. 11, ad Desiderium.*
136. Quam malitosum, quamve perniciosum est, detraktionibus deservire! o malum execrabile, et tam loquenti, quam audienti exitiale! *Part. 4, libro 3, de Erudit. Homin. inter.*, cap. 10.
137. Omnes detractiones, sunt jacula, sive lanceae: quae cum delectant aures, feriunt corda. *Super Psalm.* lvi, vers. 24.
138. Dentes detractorum et linguae ferunt instar lancearum, et gladiatorum acutorum. *Super Psalm.* lvi, vers. 5.
139. Detrahendi libido terminum non habet; nam semper admodum cibo, nunquam detractio saturatur. *Libro 3, de Gubern. Det.*
140. Digna plane mali istius (scilicet detraktionis) retributio est, quae solum persequitur auctorem; illi vero nihil nocet penitus cui detrahit, tantummodo enim illum punit, cuius ore procedit. *Ibid.*
141. Verbis est ille, quam membris execrabilior. *Lib. 3, epis. 13, ad Apollinar.*
142. Obtrectatricis animae lingua hasta est et tricuspis; nam et seipsam et audientem, quandoque etiam eum, cui obloquitur, laedit. *Hecatomastad.* 3, sent. 48.
143. Omnia quae proximo male finguntur, revertentur in caput obloquentis. In *Hortulo Rosar.*, cap. 10, sect. 2.
144. Melius est manducare carnes et bibere vitis in vitis patrum, quam manducare in obtrectatione carnes fratrum. *Libro 5, libell. 4, de Continent.*, num. 51.
145. Omnis detractor propria mala non videns, alienasemper accusat. *Lib. 6, libell. 4 n. 10.*
146. Si videris, vel audieris aliqua, non renunties fratri, quia nutrimenta sunt pugnae. In *Sent. in fine positus*, sent. 75.

SENTENTIAE PAGANORUM.

147. Quae de illo dicuntur, dici non possunt; quae dici possunt, non dicuntur. *Libro 4, de Arte rhetor.*148. Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magnopendas. *Sent. 289.*

LUDOVICUS BLOSIG.

S. NILUS ABD. MART. ORIGEN.

P. PETR. DAV. faciem, prout res dictaverit, competenter objurga.

RICH. A. S. VICTORE.

ROBERTUS BELLARMIN.

SALVIAN.

S. SIDONIUS EPISC.

THALASUS.

THOMAS A. EMPIS.

VITIS PATR.

CICERO.

S. PETRUS PHIL.

Vide etiam titulos, *Abstinentia*, sent. 22; *Diabolus*, sent. 12; *Fama*, sent. 39, 71; *Jejunium*, sent. 67; *Laqueus*, sent. 10; *Laus*, sent. 49; *Liturgia*, sent. 14, 23, 30, 62, 76, 77, 81; *Maledictio*, sent. 100; *Malum*, sent. 62; *Mensa*, sent. 6; *Murmur*, sent. 8, 9; *Restitutio*, sent. 18; *Reverentia*, sent. 20; *Scandalum*, sent. 58.

DEUS.

HUGO CARD.

Etymologia. Deus latine idem est quod *θεός*, græce; *θεός* autem dicitur a *θεῖν*, quod est ardere, vel a *θεός*, quod est fovere, vel a *θεῖν*, quod est contemplari, vel considerare. Sup. *Psalm.* LXXII.

Deus hebraice, latine dicitur timor; quasi qui solus est timendus. Super *Ezech.*, cap. 28.

Deus græce dicitur *θεός* a *θεός*, quod est videre, quia omnia videt; vel a *θεῖν*, quod est considerare, vel a *θεός*, quod est currere, quia omnia percurrit. *Ibid.*

S. ATHANAS. PATRIARCH.

Definitio et descriptio. Definitio definitionum est Deus, quæ omnia quidem definit, ipsa vero a nullo definitur. *Prosee.*

Definiri nequit quod secundum essentiam suam sub designationem non cadit, ut Deus. In lib. *Vix duos*, cap. 2.

S. ATHANAS MAGN.

Deus est essentia sine causa, et omnium essentialium supersubstantialis causa. *De definit.*

S. BASILIUS SELEUC.

Deus quod sit credi debet; sed quid sit, quo latius humanus animus se diffundit, tanto clarior deprehendit intelligentiæ suæ inscitiam. *Prosee.*

Ac si quid magnificentius dicere contendat, infra veritatem erit.

Deus est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, mundi origo, expers originis; prædives emicantis lucis fons, venustissima præ omni ornamento pulchritudo; Trias in monade cognita, et Monas in Triade veneratione numinis affecta. *Orat.* 39.

S. BERNARD.

Quid est Deus? non sane occurrit melius, quam qui est; merito quidem nil competentius aternitati, quæ Deus est, si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quidquid tale de eo dixeris, in hoc verbo instauratur, quod est, est nempè, hoc est ei esse, quod hæc omnia esse. Libro 5, *de Consid.* ad *Eugen. Pap.*

Quid est Deus? ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia; ex quo omnia creabuntur, non seminabiliter; per quem omnia, ne alium auctorem atque alium officium arbitretur; in quo omnia non quasi in loco, sed quasi in virtute. *Ibid.*

Quid est Deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, profundum; longitudo, propter aternitatem;

latitudo, propter charitatem; sublimitas, propter majestatem; profundum, propter sapientiam. *Ibid.*

Quid est Deus? Quod ad universum spectat, finis; quod ad electionem, salus; quod ad se, ipse novit. *Ibid.*

Quid est Deus? Voluntas omnipotens, benevolentissima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo, creans mentes ad se participandum, vivificans ad sentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, justificans ad promerendum, accedens ad celum, fecundans ad fructum, dirigens ad requiem, firmans ad benevolentiam, moderans ad sapientiam, roborans ad virtutem, visitans mentes ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, secundans ad securitatem. *Ibid.*

Deus est substantia incorporea simplex, et incommutabilis. Super *Psalm.* II, vers. 7.

Affirmatio de Dei essentia in promptu haberi non potest, neque definibilis est divinitas; sed verius sinceriusque remotio indicat negando quid non sit, quam afferendo quid sit. *Prosee.*

Quidquid audiri, vel videri, vel sciri potest, non convenit Dei majestati, hebes est in hæc consideratione omnis acies sensuum, et caligat aspectus. In præfat. ad *Cornelium Papam*, cap. 2.

Deus est simplex et indivisibilis essentia. *Orat.* 29.

Certe hoc est Deus, quod cum dicitur, non potest dici; cum æstimatur, non potest estimari; cum definitur, ipsa definitio crescit. *De fide.*

Deus nihil est aliud, quam gubernator et prævisor rerum omnium. *Opusc.* opusc. 6, sup. *Symbol.* *Apost.*, art. 1.

Deus est substantia aterna, et actus simplex, causa agens, et finalis totius universi summa delectatio et optima, et omnimodo immutabilis, inalterabilis. 12, *Metaphys.* et habet. apud *Bedam.*

Deus est ens, quo melius excogitari non potest. 4, *Physic.* Et habet. apud *Bedam.*

Essentia divina est id quod revera existit, nunquam ullam mutationem suscipit, et nunquam usquam ullo modo ullam alterationem suscipit. *Syzygia* 4, in *dialog. Phædonis.*

Deus est ens immortale, seipso contentum ad felicitatem; essentia sempiterna, naturæ boni causa. *Syzygia* 6, *de definit.*

Quid est Deus? mens universi. *Prosee.*

Quid est Deus? quod vites totum, et quod non vides totum; sic magnitudo sua illi redditur, qua nihil majus excogitari potest, Lib. 1, *Quæsi.*

SENTENTIÆ PATRUM.

AMBROSIUS.

1. Deus extra, Deus intus, Deus ubique est. Libro 3, *de Virginibus.*

2. Unus Deus, unum nomen, una divinitas, una majestas; nullus ergo secundus, quia principium omnium Trinitas est, et Trinitatis primatus super omnia est. *De Instit. Virgin.* cap. 10.

3. Cui Deus portio est, nihil debet curare nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere. *De fuga sæculi*, cap. 2.

4. Deus nature est simplicis, non conjunctæ; neque compositæ, cui nihil accidat, sed solum quod divinum est in natura habeat sua. *Prosee.*

5. Est complens omnia, nusquam ipse confusus; penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus.

6. Ubique totus est, eodemque tempore, vel in terra, vel in novissimo maris præsens.

7. Est visu incomprehensibilis, facta ininterprehensibilis, sensu inestimabilis, fide sequendus, religio venerandus.

8. Et quicquid religiosius sentiri potest, quicquid præstantius ad decorem, quicquid sublimius ad potestatem, hoc Deo intelligas convenire. Lib. 1, *de Fide ad Gratianum*, cap. 7.

9. Deus Pater nobis est, cum bene agimus; Judex noster est, cum peccamus. Ser. 13.

10. Non in loco Deus videtur, sed mundo corde; nec corporalibus oculis Deus queritur, nec circumscriptur visu, nec tactu tenetur, nec auditu affatu, nec sentitur incesso. Libro 1, super *Lucam*, cap. 1, in illud *Matth.* 5: *Beati mundo corde*, etc.

S. AUGUSTIN.

11. Deus est veritas, in quo, et a quo, et per quem vera sunt, quæ vera sunt omnia. *Prosee.*

12. Deus vera et summa vita, in quo et a quo, et per quem vivunt, quæ vere summeque vivunt omnia.

13. Deus beatitudo, in quo, et a quo, et per quem beata sunt, quæ beata sunt omnia.

14. Deus bonum et pulchrum, in quo, et a quo, et per quem bona et pulchra sunt, quæ bona et pulchra sunt omnia.

15. Deus intelligibilis lux, in quo et a quo, et per quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibiliter lucent omnia.

16. Deus, a quo averti, cadere; in quem converti, resurgere; in quo manere, consistere est.

17. Deus, a quo exire, emori; in quem redire, reviviscere; in quo habitare, vivere est.

18. Deus, quem nemo amittit, nisi deceptus; quem nemo querit, nisi admonitus, quem nemo invenit, nisi perquam.

19. Deus, quem relinquere, hoc est quod pe-

rire; quem attendere, hoc est quod amare; quem videre, hoc est quod habere.

20. Deus, cuius nos fides excitat, spes erigit, charitas jungit. Lib. 1, *Solidior*, cap. 1.

21. Est unus Deus, atque una et summa essentia, ex qua est omne quicquid est, in quantum est; quia in quantum est, quicquid est, bonum est. *De Vera relig.*, cap. 11.

22. Bonorum summa, Deus est, summum bonum Deus est; neque infra remanendum est, neque ultra querendum. *De Moribus Eccles.* cap. 8.

23. Summum bonum omnino, et quo esse aut cogitari nihil melius potest, aut intelligendus, aut credendus Deus est. *De Moribus manich.* cap. 11.

24. Deus bonus est, Deus justus est, Deus omnipotens est; hoc dubitare omnino dementis est. *Epist.* 28, ad *D. Hieronymum.*

25. Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est. *Prosee.*

26. Nec in loco Deus videtur, sed mundo corde (illo modo non vult Deum videre impius, quia cor mundare non vult) nec corporalibus oculis Deus queritur, nec circumscriptur visu, nec tactu tenetur, nec auditu affatu, nec sentitur incesso. *Epist.* 111, ad *Fortunatianum.*

27. Non inveniri quisquam potest, qui hoc Deum credat esse, quo melius aliquid est. Lib. 1, *de Doctrina christiana*, cap. 7.

28. Verius cogitur Deus, quam dicitur, et verius est quam cogitur. Lib. 7, *de Trin.*, cap. 4.

29. Sic intelligamus Deum, si possumus quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine intelligentia Creatorem, sine situ presentem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Libro 5, *de Trin.*, cap. 1.

30. Quisquis Deum ita cogitat, etsi nondum potest omnimodo invenire quid sit, pie tamen caveat quantum potest, aliquid de eo sentire quod non sit. *Ibid.*

31. Deus infinite misericordiae, fons totius bonitatis et pietatis, tu es gaudium plenum, beatitudo summa; tu es id quod nihil melius desiderari potest, nihil beatius, vel utilius possideri. *De Spiritu et anima*, cap. 64.

32. Deus hoc est, quod nulla attingit opinio; plus est enim quam quicquid dici poterit, aut cogitari. In *Quæsi. Veter. et Nov. Testamenti*, quæst. 1.

33. Nemo possidet Deum, nisi qui possidetur

a Deo; simul nos ipsi facti Dei possessio, et efficitur nobis possessio Deo. *De Salutar. docum.*, cap. 10.

34. Visibilium omnium maximus est mundus, invisibilium omnium maximus est Deus. Libro 11, *de Civit. Dei*, cap. 4.

35. Summum bonum, quo superius non est, Deus est. *De Natura boni*, cap. 1.

36. Spes tua Deus sit, fortitudo tua Deus sit, firmitas tua Deus sit, exoratio tua ipse sit, laus tua ipse sit, finis in quo requiescas ipse sit adiutorium cum laboras, ipse Deus sit. *Sup. Psalm. xxxii*, vers. 16.

37. Sit spes nostra Deus noster; qui fecit omnia, melior est omnibus; qui pulchra fecit, pulchrior est omnibus; qui fortis, fortior est; qui magna, major est; quidquid amaveris, ille tibi erit. *Sup. Psalm. xxxix*, vers. 6.

38. Quidquid mihi praefer Deum est, dulce non est; quidquid mihi vult dare Dominus meus, auferat totum et se mihi det. *Super Psalm. xxvi*. Enarrat. 2, vers. 14.

39. Conlitemini Domino quoniam bonus. Quid sit grandis ista brevitatem non video, cum ita sit proprium Deo quod bonus est. *Super Psalm. cxvii*.

40. Dens tibi totum est. Si esurieris, panis tibi est; si sitieris, aqua tibi est; si in tenebris es, lumen tibi est; si nudus es, immortalitatis vestis tibi est: omnia possunt dici de Deo, et nihil digne dicitur de Deo, et nihil latius haec inopia. *Tract. 13*, sup. *Evang. Joan.*, de cap. 3.

41. Desideras Deum? desiderari potest concupisci potest, suspirari potest, in illum potest digne cogitari, sed verbis explicari non potest. *Ibid.*, tract. 35, de cap. 8.

42. Deus recipis quod non invenis, et nunquam amissisti, nunquam inops et gaudes lucris, nunquam avarus, et usuras exigit. Supererogatur tibi ut debeas, et quis habet quidquam non tuum? reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. *In Medit.*, cap. 29.

43. Deus est lux, quam non capit locus, vox, quam non capit tempus, odor, quem non spargit status, cibus, quem non minuit edacitas, amplexus, quem non divellit satietas. Et habet in glossa ord. super Ep. 1. *Joan.*, cap. 1, in illud: *Deus lux est*, etc.

44. Qui Deo se committit, diabolum non timet. *De Verbis Dom.* serm. 28.

45. Nihil delectabilius Deo, nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. *Hom. 38*, *Ex quinquaginta hom.*

46. Altus est Deus, erigis te et fugit a te; humilias te, et descendit ad te. Quare hoc? quia excelsus est et humilia respicit, et alta de longe cognoscit. *Prosec.*

47. Humilia de proximo respicit, ut attollat; alta, id est superba, de longe cognoscit, ut deprimat. *Ser. 2 Ascens.*

48. Deus est sperantibus in se thesaurus in paupertate, solatium in solitudine, gloria in abjectione, honor in contemptu, umbraculum in omni protectione. *Ser. 21*, *ad Fratres in eremo.*

49. Non omnium Deus est Deus, sed eorum qui ipsi conjuncti sunt per dilectionem. *Sup. Psalm. xxxix*, vers. 2.

50. Totus suavis est Deus, totus salubris est, totus delectabilis, totus desiderabilis. *Ser. 4*, *post octav. Epiph.*

51. Deus per se infunditur, per se innoscitur, purus capitur a puris, solus nullius indiget, solus et sibi et omnibus de sola omnipotenti voluntate sufficiens est. *Ser. 5*, *super Cantica.*

52. Deus amat ut charitas, novit ut veritas, sedet ut aequitas, dominatur ut majestas, regit ut principium, fuerit ut salus, operatur ut virtus, relevat ut lux, assistit ut pietas. *Libro 3*, *de Consid. ad Eugen. Pap.*

53. Deus non partibus constat, ut corpus; non affectibus distat, ut anima; non formis substat, ut omne quod factum est. *Ibid.*

54. Non est compositus Deus, merum simplex est; tam simplex Deus, quam unus est; est autem unus, et si dici possit, unissimus est. *Ibid.*

55. Dulcis et rectus est Deus; dulcis, quia parere non patitur; rectus, quia punire non obliviscitur. *De duodecim gradibus humilit.*, cap. *Locutura*.

56. Honor Deo summus est, illum venerari et imitari; imitatis si pius es, veneraris si misericors. *Lib. Medit.*, cap. 6.

57. Deus est in angelis desiderabilis, in sanctis delectabilis, in creaturis admirabilis, in hominibus amabilis. *Ibid.*, cap. 1.

58. Deus omnia potenter creat, sapienter gubernat, benigne dispensat. *Ibid.*

59. Quidquid boni quaeris, summum bonum, et omne bonum ipse Deus est. *Prosec.*

60. Si gaudere vis, ipse gaudium; si te pugnare delectat, ipse palma est.

61. Si coronari vis, ipse corona est; si vincere cupis, ipse victoria est.

62. Si potentiam desideras, ipse potentia est; si fortitudinem quaeris, ipse fortitudo est.

63. Si justitiam vis habere, ipse justitia est; si amas sapientiam, ipse fons sapientiae est.

64. Si charitatem vis, Deus charitas est; si divitias appetis, ipse dives est.

65. Si pulchritudinem cupis, summa pulchritudo ipse est; si plenitudinem omnium boni quaeris, ipse plenitudo est.

S. BASILIUS
MAGNUS.

S. BERNARD.

66. Si gloriam et honorem desideras, vera gloria et summus honor Deus est; si pacem vis, pax aeterna ipse est. *Ser. de Miseria humana.*

67. Deus totus est semper desiderabilis, totus dulcis, totus amabilis, totus suavis, et totus delectabilis. *Ibid.*

68. Cum Deo nihil melius excogitari queat, id quo melius nihil est, hominum esse quis dubitat? *Lib. 3*, *de Consolat. Philosoph.*, prosa 10.

69. Boni summi, summus Deus plenissimus. *Ibid.*

70. Deo nihil constat esse praestantius. *Ibid.*

71. Natura Deus quidem unus est, participatione vero nihil prohibet esse quam plurimos. *Prosec.*

72. Uti justitia adeptioe justis, sapientiae sapientes fiunt, Deos fieri simili ratione necesse est. *Ibid.*, lib. 3, prosa 10.

S. BONAVENT.

73. Tria Deo apponuntur, scilicet unum, simplex, stabile; unum super omnem materiam, simplex super omne materialium, stabile super omne creatum. *Sup. Psalm. xxxviii*.

74. Deus est laudifluus, largifluus, lucifluus, mellifluus. *Expos. 2*, *super Psalm. cxviii*, cap. 4, vers. 12.

75. Nihil Deo dignius, nihil charius esse potest. *Serm. 4*, *infra oct. Nativ. Dom.*

76. Deus nobis loquitur ut rex potentissimus in jubendo, ut magister prudentissimus in docendo, ut amicus dulcissimus in consolando, ut iudex equissimus in examinando. *Serm. 1*, *de SS. Evang.*

77. Deus, in Seraphim amat, ut charitas; in Cherubim novit, ut veritas; in Thronis sedet, ut aequitas; in Dominationibus dominatur, ut majestas; in Principibus regit, ut principium; in Potestatibus tuetur, ut salus; in Virtutibus operatur, ut virtus; in Archangelis revelat, ut lux; in Angelis assistit, ut pietas. *In Itinerario*, cap. 4.

78. Negativae de Deo sunt verae, affirmativae vero incompactae. *Libro 1*, *Compend. Theolog. verit.*, cap. 16.

CASSIODORUS.

79. Si Deum custodias, ille sine dubitatione te custodit. *Super Psalm. xxxvi*, vers. 39.

80. Dii dicuntur homines, qui bonis conversationibus gratiam supernae majestatis accipiunt. *Super Psalm. xlii*, vers. 1.

81. Deus non habet incrementum, quia ipse in se totus singularis et ineffabilis intelligitur plenitudo; nec aliunde potest crescere, qui consuevit creaturis omnibus incrementa praeslare. *Sup. Psalm. lxix*, vers. 5.

82. In Deo nulla est disparitas, vel diversitas aestimanda; quia ubi unus Deus recte creditur, ibi minor et major non potest inveniri; nescit

enim numerum unitas, nec gradum admittit equalitas. *Super Psalm. cxvii*.

83. Deo nihil praestantius. *Lib. 1*, *Pedagog.*, cap. 8.

84. Deus res apprehensum et venatum difficilis, quae semper recedit, et procul abest ab eo, qui persequitur; cum autem procul sit, incedit tamen vel propinquissime. *Libro 2*, *Stromat.*

85. Deus perfectus est in videndo, perfectus in potentia, perfectus in magnitudine, perfectus in scientia, perfectus in bonitate, perfectus in justitia, perfectus in benignitate. *Cateches. 6.*

86. De Deo dicere etiam vera, periculosum est. s. CYPRIANUS. *Sup. Symbol. Apost.*

87. Deum cum audis, substantiam intellige, sine fine, simplicem, sine ulla admixtione, invisibilem, incorporeum, ineffabilem, inestimabilem; in qua nihil creatum sit. *Ibid.*, super illud: *Credo in Deum*, etc.

88. Sine auctore est ille, qui auctor est omnium. *Ibid.*

89. Nihil egentius illa mente, quae de Deo extra Deum philosophatur. *De Perfect. spirituali*, cap. 7.

90. Eorum quae sunt omnium principium et finis est Deus, qui omnia antiquitate antecedit. *AREOPAGIT. Prosec.*

91. Principium quidem, ut auctor; finis autem, ut cuius causa facta sunt omnia. *De divinis nomin.*, cap. 5.

92. Divinitas est omnia contemplan providentia, et omnia undique complexu suo continens, sequae complens, et his omnibus, quae ipsius providentia fruuntur, antecellens. *Ibid.*, cap. 2.

93. Deus mente comprehendere nequit; nam si in comprehensionem cadit, Deus certe non est. *De octo vitiosis cogitat.*

94. Nihil Deo magnificentius, nihil gloriosius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil verius, nihil magnificentius, nihil sincerius, nihil copiosius. *In ep. Paraneica.*

95. Nemo Deo invenitur superior, cuius iudicio sibi possit; sed e contrario ipse supremus est, et iudex omnium. *In Elucid.*, sup. cap. 9 *Job.*

96. Vere excelsus est Deus, magnus Dominus, magnus Deus, magnus Rex; magnus in potentia magnus in sapientia, magnus in bonitate, magnus in duratione, magnus in gloria, magnus in omnibus. *In Elucid.*, sup. *Psalm. xlvi*, in illud: *Magnus Dominus*, etc.

97. Deum apprehendere non valet, qui adhuc in delectatione peccati jacet. *Lib. 16. Moral.*, cap. 15.

98. Deus solus vere est aeternus, vere immortalis; quia in eo nihil est transitorium, nihil mutabile, nihil quod alienum sit a sempiterna

CLEMENS
ALEX.

S. CYRILLUS
HIERSOL.

S. DIADOC.

S. BIONYSIUS

AREOPAGIT.

EVAGRIUS

S. EUCHEBIUS.

FRANCISCUS

TITIELM.

S. GREG. MAG.

ejus divinitate. Super *Septem psalm. Pœnit.* sup. *Psalm. v. vers. 13.*

99. Virtus divinitatis in se, quasi sol in terra est. Homil. 30, super *Evang.*

S. GREG. NAZ. 100. Suavitus est aliquid de Deo discere, quam docere. Orat. 1, ad *Naxianzenses.*

101. Deus nequaquam Deus est seditionis et confusionis, sed ordinis et pacis. Orat. 5, de *Sua excusatio.*

102. Nihil sine initio, nisi solus Deus. Lib. de *Fide.*

S. GREG. NYSS. 103. Omnium pulcherrimum ac præstantissimum est Deus ipse, ad quem omnia respiciunt, quemcumque boni desiderio tanguntur. De *Opif. hominis.* cap. 11.

S. HILARIUS. 104. Non est humano, sæculi sensu, in Dei rebus loquendum. Libro 8, de *Trin.*

105. Non humano modo ex compositis Deus est; ut in eo aliquid sit, quod ab eo habeat, aliud sit ipse qui habet; sed totum quod est, vita est, natura scilicet perfecta et absoluta et infinita, non ex disparibus constituta, sed vivens ipsa per totum. *Ibid.*

HUGO A. S. VICTORIS. 106. Deus veritas est sine fallacia, bonitas sine invidia, felicitas sine miseria. De *Scriptur. et scriptor.* cap. 1.

107. Deus non potest vinci, quia virtus est; non potest falli, quia sapientia est; non potest corrumpi, quia justitia est; non potest sustineri, quia æternus est; non potest vitari, quia ubique est. Super *Joh. ante med.* in illud: *Concertum in.*

108. Deus potest exorari, quia misericordia est; potest placari, quia benignitas est; potest mundare, quia fons est gratiæ; potest satiare, quia panis est vita; potest se dare, quia unello est; potest beatificare, quia beatitudo est. *Ibid.*

109. Deus verax est in effectu, veritas in essentia. In *Annot.*, super *Epist.*, ad *Rom.*; in illud: *Est autem Deus verax.*

110. Nimis est avarus, cui non sufficit Deus. Super *Regul. S. Augustin.*, cap. 1, in illud: *Non habemus hic manerem civitatem.*

111. Dominus Deus ad indulgentiam est facilis, tardus ad vindictam, pronus ad remunerandum, placabilis, benignus. Libro 4, *Propriet. rerum.* cap. 4.

112. Variari et mutari non potest Deus, nec augeri, qui immensus est; nec minui, qui unitus est; nec loco mutari, qui ubique est; nec tempore, qui æternus est; nec cognitione, qui sapientissimus est; nec affectu, qui optimus est. De *Sacramento.*, lib. 1, parte 3, cap. 13, per totum.

HUGO CARD. 113. Nulli est assimilandus Deus, quia omnibus excellentior est in dignitate naturæ. Nulli adæquandus, quia omnibus superior est potes-

tate et virtute. Nulli comparandus, quia omnibus melior est in valore et bonitate. Super *Isaiam.* cap. 46.

114. Deus spiritus est increatus, immensus, incommutabilis, summe potens, summe sapiens, summe bonus, increatus, quia non incepit in tempore; immensus, quia non circumscriptur loco; incommutabilis, quia non variatur affectu; summe potens, cui nihil est impossibile; summe sapiens, cui nihil est ignorantia; summe bonus, cui nihil est invidentia. Libro 2, *Myster. missæ.* cap. 62.

115. Nihil de Deo tam conveniens dici potest quam ut semper esse dicatur; qui esse nec præteriti initium, nec futuri terminum habet; et ideo apertissime hoc de æterni Dei natura dicitur, quod æternitati optime cospicitur. Lib. 5, de *Incarnat.*, cap. 8.

116. Deus sine initio est sempiternus, sine fine perpetuus. Homil. 1, de *Lapsu primi hominis.*

117. Deus benignus est, ac misericors; infinita bonitas, ineffabilis misericordia, inestimabilis pietas. Hom. 13, sup. *Math. Oper. per.*

118. Deus potens est ad faciendum, sapiens ad intelligendum, misericors ad exaudiendum. Hom. 22, sup. *Math. Oper. per.*

119. Ubique religiosus nobis opus est intellectu, maxime autem ubi de Deo aliquid loquimur vel audimus; quoniam neque ad loquendum de Deo lingua sufficit, neque ad percipiendum prævalet intellectus. Hom. 2, sup. *Ep. ad Hebr.*

120. Nihil vetustum apud Deum, nec aliquid novitatis; sed totum sempiternum, æternitate plenum, nec initium habens, nec finem. Homil. super illud *Isaiæ: Gaude Sion.*

121. Si Deus est, quemadmodum est, nihil eo superius; si omnium conditor, primus; si Dominus et Princeps omnium, omnia post ipsum, et creaturæ et secunda. Hom. 1, sup. *Joh. in illud: In principio erat verbum.*, etc.

122. Superioris potentis sublimior est Deus. Serm. 3, sup. *Epist. ad Ephes.*

123. Nulla de Deo intelligimus, quæ eloqui penitus non valeamus; multa item loquimur, quæ tamen intelligere non sumus idonei. Homil. 2, sup. *Ep. ad Heb.*

124. Deus ortu ac fine caret, sempiternus est, increatus, atque ab omni conversione et commutatione liber. Simplex est compositionis quæ expers; nec oculis videri, nec tangi, nec circumscribi, nec considerari atque comprehendi potest. Lib. 1, *Orthodox. fid.*, cap. 2.

125. Deus melior est, quam natura; habens apud semetipsum velle, quoniam bonus; et posse, quoniam potens est; et perire, quoniam diva

et perfectus est. Libro 2, *advers. Hæres.*, cap. 32.

ISID. HISP. 126. Deus dicitur simplex, sive non amittendo quod habet; seu quia non aliud est ipse, et aliud quod in ipso est. Libro 1, de *Summo bono.* c. 1, sent. 6.

127. Deus est intra omnia, sed non inclusus; extra omnia, sed non exclusus. *Ibid.*, cap. 2, sent. 3.

LACT. FIRM. 128. Deus unus, unus autem nomine non eget, est enim qui est sine nomine. Lib. 1, de *Divin. Instil.*, cap. 6, verbo greco *ὁ ἐστὶ θεός.*

129. Deo igitur nomen est, quia solus est; hæc opus est proprio vocabulo, nisi cum discrimen exigit multitudo, unamquamque personam suâ appellatione designes; Deo autem, quia semper unus est, proprium nomen non est. *Ibid.*

130. Unus Deus, qui solus est, excedens omnem magnitudinem, increatus. *Ibid.*, verbo greco *ὁ ἐστὶ θεός.*, post *Sibyllam Erythream.*

131. Deus solus, unus, eminentissimus, qui fecit cælum, solemque et stellas, et lunam, fructiferamque terram, et aquæ maris fluctus. *Ibid.*, verbo greco, *ὁ ἐστὶ θεός.*

132. Solus Deus sum, et non est aliud Deus. *Ibid.*, verbo *εἶπὼς.*

133. Fieri non potest, quin id, quod sit, aliquando esse caperit; consequens est ut, quando nihil ante illum fuit, ipse ante omnia, ex seipso sit procreatus, ideoque ab Appolline *αυτογενής* (id est ex se ortus), a *Sibylla αυτογενής* (id est ingenitus) et *αὐόγενος* (id est non factus).

134. Deus unus est, in quo vis et potestas consummata est; nec minui potest, nec augeri. De *fra Dei.* cap. 11.

135. Quid tam justum ad æquitatem, tam piæ ad honorem, tam necessarium ad salutem, quam Deum cognoscere ut parentem, venerari ut Dominum, ejusque legi aut præceptis obtemperare? In *Eulome.*

136. Deus, qui est æterna mens, ex omni parte perfecte consummataque virtutis est. Lib. 1, de *Divin. Instil.*, cap. 3.

137. Deus sola veritas est. mundi parens, et conditor rerum; qui oculis non videtur, et mente vix cernitur. De *fra Dei.* cap. 1.

138. Debemus Deum omnes, et amare, quod Patri est; et vereari, quod Dominus est; et honorificare, quod beneficus; et metuere, quod severus est. *Ibid.*, cap. 23.

S. JOANES DABASG. 139. Qui Deo aut potentia major est, aut ratione perfectus, aut caritate luculentius? *Ibid.*

140. Nulla gens est, neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret, qualem Deo haberi deceat, tamen habendam sciat. Lib. 3, de *Divin. Instil.*, cap. 10.

141. Ideo nascimur, ut cognoscamus factorem mundi et nostri Deum: ideo colimus ut immortalitatem pro mercede laborum capiamus, ideo agnoscimus ut colamus. *Ibid.*, lib. 7, cap. 6.

142. Deus Omnipotens est et elemens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus misericordia est. Serm. 2, de *Nativitate Domini.*

143. Magnum est hujus muneris Sacramentum, et omnia exedit hoc donum; ut Deus hominem vocet Filium, et homo Deum nominet Patrem. *Ibid.*, serm. 6.

144. Deus nec principium habet, nec terminum. *Prosec.*

145. Universa quæcumque sunt, verbo jubet, ratione dispensat, virtute cansummat.

146. Hic nec videri potest, visu clarior est; nec comprehendi potest, nec estimari.

147. Sensibus major est, infinitus, immensus; et soli sibi tantus, quantum est notus. Nobis vero ad intellectum, pectus angustum est; et ideo sic eum digne æstimamus, dum inestimabilem dicimus.

148. Eloquar quemadmodum sentio; magnitudinem Dei qui se putat nosse, minuit; qui non vult minuire, non novit.

149. Nec nomen Dei quæras, Deus nomen est illi.

150. Deo, qui solus est, Dei vocabulum totum est; quem si Patrem dixerò, terrenum opineris; si regem, carnalem suspicaris; si Dominum, intelliges utique mortalem. Aufer additamenta nominum, et perspicias ejus claritatem. In suo *Oclavio.*

151. Qui credit in Deum, Deum discutere non præsumat; Deus quod sit, sufficit, qui requirit unde sit, quantum sit Deus, Deus quid sit, hic nescit. Ser. 04.

152. Omnipotenti Deo non est heri vel cras, s. PIER. DAM. sed hodie sempiternum; cui nihil defuit, nihil accedit, cui nihil est varium, nihil a se diversum. *Opusc.*, 36, cap. 8.

153. Nihil est Deo superius. Lib. de *Abrahamo.*

154. Inter ea quæ intellectu percipiuntur, nihil est quiddam Deo perfectius. Lib. *Quod mandus sit incorruptibilis.*

155. Deus est bonus, Conditor, parensque hujus rerum universitatis providens suis operibus, servator atque benefactor beatissimus, omnique felicitate referentissimus. Lib. 1, de *Victimis.*

156. Deus non hominum tantum, sed et deorum est Deus, magnus, vere ens, et pollens potensque. Lib. 1, de *Victim.*

157. Deus est, et inspector et invitator, et dialector, et soliditator, et sponsator, et protector, et

S. LEO I.

MINUT. FELIX.

S. PETRUS CARYSOLOG.

S. PIER. DAM.

PETERO JUD.

SALVIANUS.

- munerator, et probator, et sublimator, et ultor, et iudex. Libro 1, *de Gubern. Dei*.
158. Deus si unus non est, Deus non est. Lib. 1, contra Marcionem, cap. 3.
159. Deus principio caret, est enim ingenuus; nulli mutationi subiacet, est enim immortalis. Libro 1, *ad Autolycom*.
- THOMAS A KEMPIS. 160. Nil magnum, nil altum, nil gratum, nil acceptum tibi sit, nisi pure Deus, aut de Deo sit. *Prosee*.
161. Solus Deus aeternus et immensus, implens omnia, solatium animæ, et vera cordis est lætitia. Libro 2, *de Imit. Christi*, cap. 3, sect. 3.
162. Deus est pater bonis filiis, malevolis districtus iudex, infirmis medicus, sanis solidus cibus, doctor ignorantibus, obtemperantibus salus, via incipientibus, veritas proficientibus, vita perfectis, spes poenitentibus, iustus consolator optimus, gloria humilium, poena superborum, lux in tenebris, lucerna in noctibus. In *Solitog. animæ*, cap. 12, sect. 4.
163. Deus hortatur verbis, provocat exemplis, minatur virgis, blanditur donis, castigat adversis, lætificat prosperis. In *Hortulo Rosar.*, cap. 12, sect. 3.
- IN VITIS PATR. 164. Deo majus nihil est, neque par, neque quod non maxime inferior sit. Lib. 10, cap. 144.
165. Negat quodammodo Deum, quisquis rationibus humanis Deum metiri conatur. *Serm. de Fide*.
- SENTENTIE PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 166. Deus et natura nihil prorsus faciunt frustra. Lib. 1, *de Cælo*, cap. 4.
167. Deus est ens necessarium perpetuum, intransmutabile, indimmutabile, inalterabileque. Lib. 3 *Theolog.*, cap. 3.
168. Deus existit necessario, ex actu, ex essentia sua; imo est ens verum, atque etiam supra ens propterea quod ab eo entitas pendet, et in ipso servatur. *Ibid.*
169. Deus est lux lucem, bonum honorum, dignitas dignitatum, entitas entium, et ipsomet ens, extra quod non est aliquid ens; est quoque principium, per quod omnia existunt ac permanent. *Ibid.*, lib. 4, cap. 1.
170. Unum non est prius tempore altero, nisi quia sub tempore complectuntur utraque; hoc autem est impossibile Deo, cum sit causa omnium, imo etiam substantiis simplicibus, quanto magis Deo sublimi. *Ibid.*, cap. 3.
171. Potestas humana infima nequit Deum comprehendere, nihilque attributorum ejus prescire valet. *Ibid.*
172. Auctor primus est gloria supremus qua-

- tus est perfectione summus. *Ibid.*, libro 10, cap. 1.
173. Deus est ens primum, sud prioritate essentiali et naturæ. *Ibid.*, cap. 2.
174. Auctor primus est sapiens, ac potens, et liberalis siquidem cum sit sapiens, repellit inscitiam; cum sit potens, lassitudine non patitur; cum sit liberalis, invidia avaritiæ non relinquitur. *Ibid.*, cap. 12.
175. Deus non habet rem aliquam exteriorem, quæ possit eum representare. *Ibid.*, cap. 13.
176. Nequimus Dei essentiam, qualis in seipsa existit, detegere, atque attingere. *Ibid.*, libro 11, cap. 4.
177. Deus existit infinitus potentia, bonitate, ac pulchritudine. *Ibid.*
178. Deus ens unum absolutum, est causa omnium aliorum creatorum, neque existit in aliquo eorum, nec est aliquid simile illis, est autem causa omnium aliorum entium creatorum; siquidem omnia procedunt ab illo. *Ibid.*, lib. 13, cap. 1.
179. Deus ens unum absolutum, existit perfectum et purum. *Ibid.*, cap. 2.
180. Deus est ens unum, verum, supreme perfectum. *Ibid.*
181. Deus non dividitur per imaginationem sicut ens creatum, nec multiplicatur habitu formatum exemplarium, atque existit unus superatus ab omni numero naturali et spiritali, cujus unitas non apprehenditur, nisi abstractione. *Prosee*.
182. Auctor supremus est unus unitate abstractiva, intelligiturque esse unus non ex eo tantum, quia non numeretur aliqua specie numeri, sed quoniam non adjungitur ei aliquid ultraneum ipsi essentia, existitque abstractus ab omni pluralitate, multiplicatione numerali. *Ibid.*, cap. 5.
183. Deus una semper simplicique gaudet voluptate. Libro 7, *ad Nicomachum, Ethic.* cap. 14.
184. Habet Deus summum bonum, sed est id quod est ipse. *Ibid.*, libro 9, cap. 1.
185. Deus, cum nulla re egat, nec amico etiam opus habet. Libro 7, *Ethic.* *ad Eudomem*.
186. Dicimus Deum sempiternum, optimumque vitens esse; quare vita et ævum, continuum et æternum Deo inest; hoc enim est Deus. Lib. 12, *Metaph.*, cap. 7.
187. Deus summam et principem adeptus est sedem, residetque summo in vertice universi cæli. *De mundo*.
188. Deus viribus acerrimus est, specie eximius, vita immortalis, virtute præstantissimus. *Ibid.*
189. Deus summus præest, et purus in puro consistit loco, quem *rite* *ὀραβόν*, hoc est, *causam*, appellamus. *Ibid.*

190. Deus cum sit unus, multis signatur nominibus; quippe qui nomina sortitur ex ipsis operibus, quibus maxime viget. *Ibid.*
191. Deus principium, finem, et media rerum omnium tenet. *Ibid.*
- CICERO. 192. Certe nihil omnium rerum melius est Deo, nihil præstabilius, nihil pulchrius. Lib. 2, *de Natura Deorum*.
193. Nihil est præstantius Deo; nulli enim nature obediens, aut subjectus Deus. *Ibid.*
194. Hoc omnibus innatum est et inculpum; esse igitur Deum ita perspicuum est, ut is qui neget, vix eum sane mentis existimem. *Ibid.*
- PLATO. 195. Deus nusquam nequaquam injustus est, sed quantum fieri potest justissimus; Deo autem nihil similis est, quam cum ex nobis hominibus aliquis quædam justissimus est. *De Scientia*.
196. Quid ad Deum propius accedunt, et qualis sit Deus commonstrant, ita constanter attribere debent consentanei Dei nature, ut constituent Deum revera esse bonum. Lib. 2, *de Republ.*
197. Bonarum rerum, nulla alia causa statuenda est præter Deum; malarum autem alia quæpiam cause investigandæ sunt; sed nullo modo Deus mali auctor existimandus est. *Ibid.*
198. Fieri nullo modo potest, ut Deus commutetur, sed (ut consentaneum est) ut pulcherrimus et optimus est; semper idem unus, et simpliciter in sua ipsius forma. *Ibid.*
199. Deus mentiri aut verbis, aut reipsa non potest. *Ibid.*
200. Simplex et verax est Deus, et opere et verbis. Neque mutatur ipse, neque alios decipit, neque simulatorum objectis, neque sermonibus, neque signis inmissis, neque pervigilio, neque insomnio. *Ibid.*
201. Deus est extra omnem culpam. *Ibid.*, lib. 10.
202. Deum et cognoscere, et videre, et audire omnia, nihilque proinde illum effugere poterunt, que vel in sensum, vel in intelligentiam cadunt, affirmandum est. Libro 10, *de Legibus*.
203. Solis et cæterorum astrorum motus, causam Deum esse, aio. *Ibid.*, lib. 13.
204. His omnibus de causis æternus est ille Deus. In *Dialogo Timæi*.
205. Deus ortu et virtute, antiquior est mundo. *Ibid.*
206. Bonitas Dei fuit causa factionis mundi, et origo omnium rerum. *Ibid.*
207. Erat et erit, æternæ essentia non recte attribuiamus; dicimus tamen erat, est, et erit; at revera illi est proprie tantum quadrat. *Ibid.*
208. Deus medicus est peritissimus, qui novit

- quid amet, quid respuat hominis natura, quid illi aptum sit, quid contra. *De Convivio*.
209. Circa omnium Regem sunt omnia, et illius causa omnia, et ipse est omnium rerum pulchrarum causa. Ep. 2, *ad Dionys.*
210. Prespicuum est Deum rerum omnium, et quæ sunt, et quæ erunt, Imperatorem et causam esse, illiusque Imperatoris et cause esse Patrem. *Ibid.*, epist. 6, *ad Hermeam Coriscum*.
211. Deus hominibus sapientibus lex est, insipientibus voluptas. *Ibid.*, ep. 8, *ad Dionem*.
212. Si solus est Deus, omnia opus suum et extra, et intra, tenet. Libro 1, *Quæst.*
213. Deus est prima omnium causa, ex qua cætera pendunt. Lib. 3, *de Benef.*, cap. 7.
214. Deus colitur, et amatur. Ep. 54.
215. Nihil est divino divinius, celestis celestius; divinator enim una natura est. Ep. 66.
216. Nulla sine Deo mens bona est. Ep. 73.
217. Magnitudinem Dei non invenies, etiamsi pennis volare possis. *Sent.* 24.
218. Nomen Dei ne quæras, quia non invenies; nam omne quod nomine appellatur, a digniore nomine accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. *Prosee*.
219. Quis ergo est, qui nomen imposuit Deo? Deus autem non nomen est Deo, sed iudicium quod sentimus de Deo; nihil de Deo, quod non iudicet, quæras. *Ibid.*, sent. 25.
220. Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidisse. *Ibid.*, sent. 47.
221. Sine Deo non poteris vivere Deo. *Ibid.*, sent. 205.
222. Nefas est Deum Patrem invocare, et aliquid inonestum agere. *Ibid.*, sent. 216.
223. In multitudine dicere de Deo non audeas. *Ibid.*, sent. 349.
224. Dignus est Deo homo, Deus est et in hominibus. *Ibid.*, sent. 363.
225. Mortui sunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicitur. *Ibid.*, sent. 165.
226. Sanctus Deus, Pater omnium; sanctus Deus, cujus voluntas a propriis potestatibus adimpletur; sanctus Deus, qui suis familiaribus innoscit. *Prosee*.
227. Sanctus es, qui verbo cuncta constituiti; sanctus es, cujus imago est omnis natura; sanctus es, quem nunquam natura creavit; sanctus es, omni potestate validior; sanctus es, omni excellentia major; sanctus es, omni laude melior. Libro *de Potest. et sap. Dei*, cui tit. *Pimander*, cap. 1.
228. Deus atque ipsa divinitas, dico nunc non quod genitum videlicet, quia ingentium. *Ibid.*, cap. 2.

SENECA.

SIXTUS PHIL.

TRIMEGIST.

229. Gloria omnium Deus; divinum divina natura, principium universorum, Deus, mens, natura, actus, necessitas, et finis et renovatio. *Ibid.*, cap. 3.
230. Sol Deus decorum celestium præstantissimus, soli Cœlestes reliqui (veluti principi regique) parent. *Ibid.*, cap. 5.
231. Sempiternus, immortalis, ingenitus Deus est. *Ibid.*, cap. 8.
232. Deus est bonum, pulchrum, beatitudo, sapientia, æternitas, essentia, ipsum idem. *Ibid.*, cap. 11.
233. Ipsum Deum, unum quidem credimus esse. *Ibid.*, circa mod.
234. Nonne invisibilis est Deus? *Ibid.*
235. Dei membra sunt, vita, immortalitas, providentia, natura, mens, ipsum bonum. *Ibid.*, cap. 12.
236. Est qui factor genitorum, atque is ingenuus ut genitis antiquior sit; genita enim diximus ab alio fluere. Nihil autem præter ingentium, genitis esse potest antiquius, unicui quippe soliusque revera est; cum nihil omnino ipsum præcelat. Præterea genita, visibilia sunt; invisibilis est ille ingenuus. *Ibid.*, cap. 14.
237. Deum cognominato propter potentiam, factorem propter actum, patrem denique propter bonum. *Ibid.*
238. Ipsum cœlum plenum est Deo. *De voluntate divina*, cui titulus *Aseptus*, cap. 2.
239. Deus sempiternus, Deus æternus, nec nasci potest, nec potuit; hic est, hic fuit, hic erit semper. Hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura Dei. *Ibid.*, cap. 7.
240. Solus Deus, et merito solus in se et a se, et circum se totus est, plenus atque perfectus, isque sua firma stabilitas est, nec alienjus impulsu, nec loco moveri potest; cum in eo sint omnia, et in omnibus ipse est solus. *Ibid.*, cap. 11.
241. Deus semper stabilis fuit, semperque cum eo similiter æternitas consistit. *Ibid.*
242. Hoc quod est in Deo, infinitum, incomprehensibile, inestimabile est; nec sustineri, nec ferri, nec indagari potest. *Ibid.*
243. Ad unum solumque Deum tendamus, incomparabile enim bonum est, sine termino infinitum. Libro 4, *de Potest. et sap. Dei*, cui titulus *Pimander*, cap. 4.
- Vide etiam tit. *Esse, fere per totum; Fructus*, sent. 37; *Luz*, sent. 66, 81; *Magnus*, sent. 2; *Nomen*, sent. 72; *Occasio*, sent. 33; *Odius* in genere, sent. 10; *Pedagogia*, sentent. 18; *Philosophia*, sentent. 33, 34; *Virtutes Theolog.*, sent. 47.
- Insuper vide *Amicitia Dei; Amor Dei; Auxilium* divinum; *Beneficium Dei; Caritas Dei; Cognitionis Dei; Desertio Dei; Dilectio Dei; Flagellatum Dei; Gratia Dei; Ira Dei; Judicium Dei; Justitia Dei; Laus Dei; Liberalitas Dei; Misericordia Dei; Odium Dei; Patientia Dei; Paupertas Dei; Potestas Dei; Mandatum Dei; Præscientia Dei; Præsentia Dei; Providentia Dei; Sapientia Dei; Scientia Dei; Timor Dei; Verbum Dei; Viduicta Dei; Visio Dei; Vocatio Dei; Voluntas Dei; Adhærere, Placere, Servire Deo; Colere Deum; Negare, Placere Deum; Quarere Deum; Accedere ad Deum.*

DEVOTIO.

- Etymologia.* Devotio dicitur a devovendo; unde devoti dicuntur, qui seipso quodammodo devovendo Deo, ut ei totaliter se subdant. Parte 3, tit. 12, cap. 40, et D. Thomas Aquin. 2, 2, quest. 82, art. 1.
- Definitio.* Devotio nihil aliud esse videtur, quam voluntas quædam prompte se tradendi ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Parte 3, tit. 12, cap. 40, et D. Thomas Aquin. 2, 2, quest. 82, art. 1.
- Devotio est prius et humilis affectus in Deum; humilis ex conscientia infirmitatis propria, pius ex consideratione divine clementie. *De spirit. et anima*, cap. 50.
- Vera et secunda devotio est promptitudo superioris appetitus, seu voluntatis ad ea quæ Dei sunt, cum cordiali detestatione ac debita fuga omnis mortalis peccati, sive hoc sit cum fervore sensibili, sive non. In *Exhort. ad Novitios*, art. 5.
- Devotio est fervor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifestat indicia. Libro 3, *de Arca Noe Morati*, cap. 3.
- Devotio est elevatio mentis in Deum per pium et humilem affectum, fide, spe et charitate subnixum. Tract. 6, sup. *Magnificat, titula 2*.
- Devotio certa, est æqualis illa animi promptitudo, qua quis paratus est servire Deo non minus in adversis quam in prosperis. *De Inst. spirit.* cap. 7.
- Devotio vera est bona voluntas, qua homo paratum se offert ad cultum, honorem, et beneplacitum Dei. In *Brevi regula Tyroneis*, verbo *Non putet*.
- Divotio.* Devotio dividitur in tria, in zelum, compassionem, et benevolentiam. Lib. 3, *de Arca Noe Morati*, cap. 5.
- Comparatio.* Sicut thus super carbones positum, spirat suavem et redolentem odorem; sic oratio incensa super carbones devotionis, multum fragrat in conspectu majestatis. Tit. 5, *Diata*, cap. 5.

S. ANTONINUS ET S. THOMAS AQUINAS.

S. ANTONIN.

S. ATHANAS. MAGN.

S. AUGUSTIN.

S. AUGUSTIN.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. BERNARD.

S. BERNARD.

HUGO A VICTOR.

HUGO A VICTOR.

JOAN. GRES.

LUDOVICUS MOSIUS.

LUDOVICUS MOSIUS.

HUGO A VICTOR.

HUGO A VICTOR.

HUGO A VICTOR.

HUGO A VICTOR.

S. DONAVENT.

S. DONAVENT.

- Sicut ex nucleo pinguedo olei exprimitur, ita ex affectu virtutis sapor devotionis procedit. Libro 2, *de Profectu religiosorum*, cap. 19.
- S. EPHEM. Monachum torques aureus in collo viri, sic Monachum pietas decet atque devotio. *De amore Dei*.
- THOMAS A KEMPIS. Sicut carbo frigidus conjunctus igni ardenti, fit calidus et ardens; sic tepidus socians se fervido et devoto fit sape fervidus et devotus. In *Hortulo Rosarum*, cap. 1.
- SENTENTIE PATRUM.
- AMBROSIIUS. 1. Caret ambitio religiosa devotio. Lib. 4, in *Luo.*, cap. 4.
2. Utheriore fructus habet celerata devotio. Libro 1, *de Abraham*, cap. 4.
3. Devotio sancta mensuram supergreditur. *Serm.* 8, sup. *Psal.* cxviii, vers. 2.
4. Devotio est pinguedo anime. Parte, 3, tit. 42, cap. 40.
- S. ATHANAS. MAGN. 5. Grave quiddam est exercitium devotiois, sed tamen nihil est dulcius coelesti sponso. *De virginibus*.
- S. AUGUSTIN. 6. Licet quis in operibus suis devotus appareat, si innocentiam non habeat, sibi frustra blanditur de sua devotione; nihil enim Deo dignus, nihil charius esse potest, quam ut innocentia tota observatione teneatur. *De Vita Christiana*, cap. 40.
- S. BERNARD. 7. Absit typhus presumptionis. ut non desit fructus devotionis. *Homil.* 4, super *Missus*, in sua *Excusat.*
8. Dicamus fidem vitæ, virtutes palmites, botrum opus, devotionem vinum. *Serm.* 30, sup. *Can.*
9. Absque veritatis freno levis et nesciens modum, plerumque et insolens ipsa devotio est. *Ibid.*, *serm.* 74.
10. Multum devotionis subtrahitur, cum studium orationis intermittitur. *Ep.* 84, *ad Villedum, abbat.*
11. Excedentem devotio levat, sed revocat zelus. *Epist.* 126, *ad Episcopos Aquitaniam.*
12. Nubilosa corporis compositio, et facies tenebris offuscata tristitia, devotionem ab animo recessisse signant. *Serm.* *de Virtute obedient.*
- S. DONAVENT. 13. Religiosus indevotus est sicut scirpus, vel junceus, aut mergus, qui interius est aridus, quod tamen stat in aqua et loco aquoso. Talis iuxta pænem moritur fame, iuxta fontem moritur siti, iuxta ignem moritur frigore. Tit. 4, *Diata*, cap. 1.
14. Devotio mentem illuminat, inflammat et roborat, actiones ordinat, mores componit et verba, amorem Dei accendit, Deo familiarem efficit, orationem impinguat, pium et affectuosum facit,

- cor humiliat, contra adversa constantiam præstat, mentem ad superna elevat, mundum vilisere facit, desiderare coelestia cogit, peccata delet, et penas peccati, merita sublimat, proximos maxime edificat, demones fugat, angelos invitat et sanctos. *De altis Seraphim.*, cap. 8.
15. Devotus quisque vix opportunitate frandatur. In *Speculo discipl.*, parte 1, cap. 42.
16. Devote mentis confidentia, solet esse indicium exauditionis. Lib. 2, *de Profectu Relig.*, cap. 67.
17. Devotionis ignis perpetua oratione fovendus est. *Ibid.*, cap. 60.
18. Absque spiritu devotionis, ad quam ducit oratio, omnis arida est et imperfecta religio. *Ibid.*
19. Non potest esse devotio, quæ ex amoris Dei radice non pullulat. *Ibid.*, cap. 73.
20. Exterior incompositio corporis, indicium est indevotæ mentis. In *Instil. Novit.*, part. 1, cap. 20.
21. Devotionis fervor per frequentem Passionis Christi memoriam nutritur et conservatur in homine. *De Perfect. vitæ ad Sorores*, cap. 6.
22. Quantum impendatur pura devotio, tantum crescat auxilium magnitudo. *Sup. Psalm.* xxvii, vers. 9, *Et adjutus sum*.
23. Illa est vera devotio, quæ solum iustissime veneratur auctorem. *Sup. Psalm.* lxxvii, vers. 1.
24. Si Deum invocet indevotus, iudicium sibi videtur postulare, non veniam. *Ibid.*
25. Gratus devotio suscipitur, quæ inter vita pericula custoditur. *Super Psalm.* cxviii, vers. *Multi qui persequuntur me*.
26. Vera devotio nequaquam sine charitate habeatur, etiamsi sine fervore, amore, et suavitate habeatur, quæ non semper sunt certa veræ devotionis indicia. In *Exhort. ad Novit.*, art. 5.
27. Spiritualibus non es dignus, qui nihil spiritus assistias.
28. Devotionis affectus, mentis est cibus. Li. s. CREG. MAG. bro 4, super *1 Regum*, cap. 4, sup. illud: *Et tunc comedent*, etc.
29. Casta mentis intentio, devotionem custodit. *Epist.* 34, *ad Oceanum, de Vita clericorum.*
30. Omnis actio, quæ sine devotione est, mortua est. *Hom.* 1, super *Ecclesiasten.*
31. Devotio quanto humilitati propinquior, tanto est Deo acceptabilior. *De modo orandi*, cap. 5.
32. Perire non poteris, si devotus inventus fueris. Libro 2, *De Sacram.*, part. 14, cap. 3.
33. Sine devotione aridum est cor humanum, et sicut anima ejus. *Super Genes.*, cap. 28.
34. Amarum Deo accendit, Deo familiarem efficit, orationem impinguat, pium et affectuosum facit,

COR HUMILIT.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.

DEVOTIO.